


Venalis habetur in uico sancti Iacobi/apud sanctum Benedictum: ad signum sancti Georgii.

¶ Reuerēdo patri ac domino, D, Guillermo Paruo/ordinis predicatorii/sacre theologie doctori eminētissimo/et Ludouici duodecimi Christianissimi Frācoꝝ regis confessori dignissimo: Iudocus Clichtoueus. S.P, D,

Gregiam merētur laudē et amplā cōmendationē colendissime pa
ter: qui sedula cura bibliothecas euoluūt/et antiquorū monumēta
e litteraria perlustrāt, ut si quid in eis offendāt qđ publicā possit uti-
litatē studiis afferre: curēt idipsum ꝓferri in publicū, Nēpe hoc pa
cto nō parꝝ studiose litteraꝝ cōsulūt cōmunitati: cui accōmoda pa
rāt ad assequēdas sciētias instrumēta/ipsamqꝫ locupletiore exornant librorum
Camillus. supellectile, Et sane quēadmodū equa fere laus tribuit᷑ Camillo/q fusis hostibus
Rhomu- Rhomā instaurauerit/captaqꝫ signa uictor retulerit/atqꝫ Rhomulo urbis condi
lus, tori, ita haud multo minor debetur cōmēdatio/ei q p̄clara ueterū authorū opa
(ne puluere obsita ꝑpetuo maneant: aut delitescāt in tenebris) ꝓfert i lucē: q̄ ei q
primū huiusmodi opa suo ipsiꝰ labore excudit, quādoquidē parū cōferret poste
ritati ista elucubratio: nisi adhiberet᷑ uigilātia illā passim oibꝰ cōmunicādi, Quid
eni ꝓferet luminis lucerna/posita sub modio? aut qđ afferet cōmodi hoibus the-
Ecci,20, saurꝰ abscōditꝰ? Sapiētia abscōsa (dicit Ecclesiasticꝰ) et thesaurus inuisus: q̄ utili-
Ecci.30. tas in utrisqꝫ? Rursum idē, Bona abscōdita in ore clauso: quasi appositiones epu-
larū circūposite sepulchro, Atqui nihil refert/in ore clauso aut libro clauso cate-
nisqꝫ strictiꝰ alligato bona sint abscōdita: qm̄ neqꝫ hic neqꝫ illic cōmunicatio illoꝝ
bonoꝝ traducit᷑ in alios, Nō possum itaqꝫ nō cōmēdare hūc ingenuū tuū laborē
prestātissime pater: quo sedulus bibliothecas oīs lustrare soles ac disquirere solici
te, ut si quippiā occurrat manibꝰ tuis qđ ad Christiane religiōis pietatē aut rectā
morū institutionē cōducat: id protinꝰ oibus cōmunicatū uelis, Cū igit᷑ eximii pa
tris Cyrilli Alexādrini iter sacros scriptores grecos ꝓbatissimi cōmētarios i Leui
ticū sexdeci libris digestos ex īsigni et ꝑuetusta Corbeiēsi bibliotheca offēdisses/
et (ut patrū eiꝰ loci hūanitas est) obtinuisses/ac plerosqꝫ alios: quoꝝ tui cultor ob
seruātissimus Iacobus faber pro indissolubili amoris uīculo/quo a plurimis ānis
nectimur uel arctissime/mihi copiā fecit: operepreciū duxisti tā preclarum opus
ad oēs prodire/ne diutius inter blattas et tineas moret᷑/sitūue ducat, Neqꝫ ab re
quidē, Cōtinet eni uolumē illud mysticā explanationem sacroꝝ ueteris legis/alle
goricas cerimoniaꝝ ratiōes/et multiformiū hostiaꝝ symbolicas significatiuasqꝫ
notiōes, ut quicqđ corporaliter & ad litterā i Leuitico obseruādū statuit᷑: id oīne
ad spiritualē uiuificātēqꝫ trāsferēs intelligētiā/aut fidei sacre mysteriis aut huma
ne uite directioni moribusqꝫ formādis cōcinne & decēter adaptet, Demū et ipse
ut aliquē afferrē sacraꝝ litterarū studiosis opē/et tue uenerande paternitati (cui
plurimū debeo) uel hoc exiguo inseruirē officio: operā dedi sedulo/ut tui nōis au
spicio ac nūcupatione idē Cyrillus elimatus edatur in lucē: quatenus tua suffultꝰ
grauissima authoritate/maioris apud oēs habeat᷑ momēti, Qui tamē si equū na-
ctus sit cēsorē/tātus ac talis est: ut hominū patrocinio aut approbatione nō indi-
geat, Si quidē bono uino (ut in adagio est) nō opus est hedera, Vale litterarum ac
uirtutis amator, Parisius, Anno uerbi incarnati, 1514,

¶ Beati patris Cyrilli Alexandrini in Leuiticum Liber primus.

s Icut in nouiſſimis dieb9 uerbum dei ex Maria carne ueſtitum proceſſit in hunc mundum:et aliud quidem erat quod uide=batur in eo/aliud quod intelligebatur. Carnis nāq; aſpectus in eo patebat omnibus: paucis uero et electis dabatur diuini=tatis agnitio. Ita et cum per prophetas/uel legiſlatorem uer=bum dei profertur ad homines:non abſq; competētibus pro=fertur indumentis, Nam ſicut ibi carnis:ita hic littere uelami=ne tegitur, ut littera quidem aſpiciatur tanq̄ caro, latens uero intrinſecus ſpiri=talis ſenſus / tanq̄ diuinitas ſentiatur. Tale ergo eſt quod et nunc inuenimus li=brum Leuitici reuoluētes: in quo ſacrificiorum ritus/et hoſtiarum diuerſitas/ac ſacerdotum miniſteria deſcribuntur, Sed hec ſecundum litteram (que tanq̄ ca=ro uerbi dei eſt / et indumentum diuinitatis eius) digni fortaſſis uel aſpiciant uel audiant et indigni. Sed beati ſunt illi oculi:qui uelamine littere obtectum intrin=ſecus diuinum ſpiritum uident. & beati ſunt/qui ad hec audienda mūdas aures interioris hominis deferunt, Alioqui aperte in his ſermonibus occidentem litte=ram ſentient, Si enim ſecundum quoſdam etiam noſtrorum/intellectum ſimpli=cem ſequar:et abſq; ulla (ut illi ridere nos ſolent) ſtrofa uerbi et allegorie nubilo/uocem legiſlatoris excipiam:ego eccleſiaſticus/ſub fide Chriſti uiuens/& in me=dio eccleſie poſitus:ad ſacrificandum uitulos et agnos/et ad offerendam ſimilā cum thure et oleo/diuini precepti authoritate cōpellar, Hoc enim agunt:qui de=ſeruire nos hiſtorie/et ſeruare legis litteram cogunt, Sed tempus eſt nos aduer=ſum improbos preſbyteros uti ſancte Suſanne uocibus:quas illi quidem repudiā=tes hiſtoriam Suſanne/de catalogo diuinorum uoluminum deſecarunt. nos aūt et ſuſcipimus:et oportune contra ipſos proferimus/dicētes. Anguſtie mihi ſunt undiq;, Si enim hoc conſenſero uobis/ut legis litteram ſequar:mors mihi erit. Si autem non conſenſero uobis:non effugiam manus ūras, Sed melius eſt me abſq; opere incidere in manus ueſtras:q̄ peccare in conſpectu domini. Incidamus er=go et nos (ſi ita neceſſe eſt) in obtrectationes ueſtras:tantum ut ueritatem uerbi dei ſub littere tegmine coopertā/ad Chriſtum iā dominū cōuerſa cognoſcat ec=cleſia, Sic enim dixit et apoſtolus, Quia ſi conuerſus quis fuerit ad dominum: au=feretur uelamen. Vbi enim ſpiritus domini: ibi libertas eſt, Ipſe igitur nobis do=minus/ipſe ſanctus ſpiritus deprecādus eſt:ut omnē nebulā oēmq; caligenē(que peccatorum ſordibus concreta:uiſum noſtri cordis obſcurat)auferre dignetur. ut poſſimus legis eius intelligentiam ſpiritualem et mirabilem contueri:ſecun=dū eum qui dixit. Reuela oculos meos:& conſiderabo mirabilia de lege tua. Igi=tur q̄ poſſumus breuiſſime pauca perſtringamus ex multis, non quidem ſingu=lorum uerborum explanationi ſtudentes(hoc enim facere:per ocium ſcribentis eſt) ſed que ad edificationem eccleſie pertinent proferentes, ut occaſiones po=tius intelligētie auditoribus demus:q̄ expoſitionum latitudinem perſequamur, ſecundum illud quod ſcriptum eſt. Da occaſionem ſapienti;et ſapientior erit, Prouer,9

Danie,13 · 2,Cori,3 · pſ,118

¶Principium ergo Leuitici dicit,quia uocauit dominus Mosem et locutꝰ est illi de tabernaculo testimonii:ut promulgaret filiis Israel sacrificiorum et munerũ
Leuiti,1, leges/et ait,Si homo munus offeret deo:offerat ex bobꝰ et pecudibꝰ/id est agnis
Leuiti,2, uel hedis,Si uero ex auibus:turtures uel pullos columbarum,Si uero non homo sed anima offerat munꝰ deo:ex simila īquit offerat panes azimos in clibano coctos/ uel certam similam ex sartagine in oleo consperſam/aut ex craticula in oleo ni
Ibidem, hilominus subactam,Tum deinde edocemur:quia fermentatum nichil omnino oportet offerri ad altare dei/neq; mel usquam sacrificiis admisceri/sed sale sali ri omne sacrificium uel munus,Secundo in loco de primitiarum precepit sacrifi ciis:que recentia/tosta/et bene purgata offerri domino iubet.Post hec sub eadē
Leuiti,3, legis continentia de sacrificiis salutaribus subiungitur,Primo ex bobus:secūdo ex ouibus,in quibus tamē liceat siue in agnis siue in hedis:uel feminas offerre uel mares,et nihil preter hec animalia decernit in sacrificiis salutaribus offerēdum.
¶Sed repetamus paululum/et uideamus primo omniũ:quid est quod dicit,ho mo ex uobis si offerat munꝰ,quasi uero possit aliꝰ aliquis offerre q̄ homo,& utiq; suffecisset dicere,si quis ex uobis offerat munus,sed nunc dicit,homo ex uobis si offerat munus,in consequētibus uero dicit,si autem anima offerat munus,In posterioribus porro cum secundo iam loquitur dominus ad Mosem/et mandat de sacrificiis pro peccato offerendis:ita dicit,Si pontifex peccauerit:offerat illud
Leuiti.4. et illud,Si omnis synagoga peccauerit/uel si princeps peccauerit/uel si una ani ma peccauerit:mandatur singulis quibusq; quid offerant,Quid ergo inanē pu tamus esse istam personarum distinctionem? ut aliud quidem offerendum sub hominis appellatione/aliud sub anime/aliud sub pontificis/aliud uero sub syna goge/aliud etiam sub principis/uel unius anime cognominatione mandetur? Ego interim pro exiguitate sensus mei hoc in loco hominem quem appellauit/ & primum in omnibus posuit ad offerendum munus deo:intelligēdũ esse omne humanum genus arbitror,Et ipsum dici hominem:qui holocaustum offerat ui tulum ex bobus sine macula,Iste autem uitulus sine macula/uide si non ille sagi
Luce.15. natus est uitulus:quem pater pro regresso ac restituto sibi illo qui perierat filio/ quiq; omnem substantiam eius dilapidauerat/iugulauit/et fecit conuiuium ma gnum/et leticiam habuit,ita ut letarentur angeli in celo:super uno peccatore pe nitentiam agente,Neq; absurde per adolescentiorem illum filium/qui dimisso patre abiit in regionem longinquam:hominem ipsum/genusq; humanũ(ut di
Deute.32 ctum est)intelligas.Nempe deum qui ipsum genuerat dereliquit homo/et obli tus est dei creatoris sui:cum suasu serpentis mandatum domini trāsgressus est/ et de ligno uetito comedit,Tunc itidem in regionem longinquam abiit/regio nem peccati & tenebrarum/regionem calamitatis & miserie:cum paradiso propulsus hanc lachrymarum uallem subiit,ubi suis irrationabilibus seruiens cupiditatibus:ad porcos pascendos & siliquas eorum comedendas adactus est ob inopiā & famen,Homo ergo iste qui perierat & inuentus est/qui nihil habuit proprie substantie quod offerret(cuncta namq; dilapidauerat:uiuens luxurio se)inuenit istum uitulum:celitus quidem missum/sed ex patriarcharum or

dine & connexis ex Abraham generationum successionibus uenientem. Et id- Math.1.
circo nō dixit uitulum et siluit/ut uideatur uitulus quicunq; mandatus: sed uitu
lū ex bobus/id est ex patriarcharum generatione uenientem, Est autem mascu
lus sine macula, Masculus uero est: qui peccatum (quod est feminee fragilitatis)
ignorat solus, Ergo ille masculus qui solus sine macula est/qui peccatū non fecit Esaie.53.
nec dolus inuentus est in ore eius/et qui acceptus coram domino offertur ad
ostium tabernaculi: non est intra ostium/sed extra ostium. Extra ostium enim
fuit Ihesus: quia in sua propria uenit/et sui eum non receperunt, Non est ergo Ioan.1.
ingressus tabernaculum illud ad quod uenerat: sed ad ostium eius oblatus est
holocaustum/quia extra castra passus est. Nam et illi mali coloni uenientem filiū Hebre.13
patrisfamilias eiecerunt foras extra uineā: et occiderūt, Hoc est ergo quod offer Math.22.
tur ad ostiū tabernaculi: acceptum coram domino, Et quid tam acceptum q̄ ho-
» stia Christi: qui seipsum obtulit deo. ¶ Et tūc iponet manum suam inquit super Ephe.5.
» caput hostie: et iugulabit uitulum coram domino, Et offerent filii Aaron sacer- Leuiti.1.
» dotis sanguinem; & effundēt sanguinem ad altare in circuitu/quod est ad ostiū
» tabernaculi testimonii. Potest quidem uideri ob hoc dictū: q. de filiis Aaron erāt
Annas et Caiphas/et ceteri omnes qui consilium agētes aduersum Ihesum/pro- Math.26
nunciauerunt eum reum mortis/et effuderunt sanguinem eius circa basim alta
ris tabernaculi testimonii, Ibi etenim effunditur sanguis: ubi erat altare et basis
eius, sicut ipse dominus dixit, Quia non capit perire prophetam extra Hierusa-
lem, Posuit ergo et manum supra caput uituli: hoc est peccata generis humani Luce.13.
imposuit super corpꝰ suum, Ipse est enim caput corporis ecclesie sue, Sed & hoc Colos.1.
fortasse non sine causa fit: q. cum superius dixisset/applicabit eum ad ostium
tabernaculi testimonii: in posterioribꝰ repetit et iterum dicit/ad altare quod est
ad ostium tabernaculi testimonii, quasi non eūdem locum sub eadem narratio-
ne semel designasse sufficeret, nisi q̄a forte hoc intelligi uoluit: q. sanguis Ihesu
non solum in Hierusalem effusus est/ubi erat altare et basis eius et tabernaculū
testimonii: sed & q. supernum illud altare quod est in celis (ubi ecclesia primitiuo
rum est) idē ipse sanguis asperserit, sicut et apostolus dicit. Quia pacificauit per Colos.1.
sanguinem crucis sue: siue que in terra sunt/siue que in celis, Recte ergo secūdo
nominat altare quod est ad ostium tabernaculi testimonii: quia non solū pro ter-
restribus/sed etiam pro celestibus oblatꝰ est hostia Ihesus, Et hic quidem pro ho
minibus: ipsam corporalem materiam sanguinis sui fudit, In celestibus uero/mi-
nistrantibus si qui inibi sunt sacerdotibus: uitalem corporis sui uirtutē uelut spi-
ritale quoddam sacrificium immolauit, Vis autem scire quia in eo duplex hostia
fuit/conueniens terrestribus et apta celestibus: apostolus ad Hebreos scribēs di-
cit, Per uelamen: id est carnem suam, Et iterum, interius uelamen interpretatur Hebre.7
celum: quod penetrauerit Ihesus/ut assistat nūc uultui dei pro nobis/semper in- Leuiti.1.
quit uiuens ad interpellandum pro nobis, Si ergo duo intelliguntur uelamina/q̄
uelut pōtifex ingressus est Ihesus: consequēter et sacrificium duplex intelligēdū
est/p qđ et terrestria saluarit & celestia. ¶ Deniq; & ea q̄ sequūtur: plꝰ celesti sa-
» crificio q̄ terreno uidētur aptāda, Et decoriātes inq̄t holocaustū: diuidēt illud mē

» bratim, et imponent filii Aaron sacerdotis ignē super altare et constipabunt li-
» gna in ignem: et imponent filii Aaron sacerdotis diuisa membra et caput et adi-
» pes & ligna que sunt super altare. Intestina uero et pedes lauabunt aqua / et im-
» ponet sacerdos omnia super altare. hostia est et sacrificium: odor suauitatis do-
» mino. Quomodo decorietur caro uerbi dei quod hic uitulus nominatur / & quo-
modo membratim diuidatur a sacerdotibus / operepreciũ est aduertere. Ego
puto q̃ ille sacerdos detrahit corium uituli oblati in holocaustum / et deducit pel-
lem qua membra eius conteguntur: qui de uerbo dei abstrahit uelamen littere /
et interna eius que sunt spiritalis intelligentie membra denudat. Et hec membra
uerbi interioris sciētie non in humili aliquo loco ponit / sed in alto et sancto / id est
super altare collocat: cũ non indignis hominibus et humilē uitã ac terrenam du-
centibus pandit diuina mysteria / sed illis qui altare dei sunt in quibus semper ar-
det diuinus ignis / et semper consumitur caro. Super hos ergo tales: membratim
diuisus iste holocausti uitulus collocatur. Diuidit namq; membratim uitulũ: qui
explanare per ordinem potest et competenti distinctione differere / quis sit pro-
Math. 9. fectus / Christi fimbriam contigisse / quis uero pedes eius lauisse lachrymis / & ca-
Luce. 7. pillis capitis extersisse. Quãto aũt his potius sit / caput eius unxisse myrrha: & in
Marci. 14 pectore eius recubuisse / quid habeat eminētie. Horũ ergo singulorũ causas dis-
Ioan. 13. serere / et alia quidem incipientibus / alia uero iis qui iam proficiunt in fide Chri-
sti / alia autem illis qui iam perfecti sunt in sciētia et charitate eius / aptare: hoc est
membratim uitulum diuisisse. Sed et qui nouit ostēdere que fuerint legis princi-
pia / quis etiam in prophetis profectus accesserit: que uero in euãgeliis plenitudo
perfectionis habeatur. uel qui docere potest quo uerbi lacte alēdi sunt paruuli in
Christo / & quo uerbi olere refouendi sint qui infirmantur in fide / quis etiam sit
cibus solidus et fortis / quo impinguãdi sint athlete Christi / qui hec singula nouit
spiritali ratione diuidere: potest talis doctor ille sacerdos uideri / qui imponit su-
per altare holocaustum per mēbra diuisum. Addit & ligna altari / quo ignis ani-
metur et ardeat: a quo non solum de corporalibus uirtutibus Christi / sed etiã de
diuinitate eius / sermo miscetur. Desursum enim est diuinitas Christi: quo ignis
iste festinat. Cõuenienter ergo omnia hec que in corpore a saluatore gesta sũt /
celestis ignis absumpsit: et ad diuinitatis eius naturam cũcta restituit. Lignis ta-
men adhibitis: ignis iste succeditur. usq; ad lignum eni: in carne passio fuit Chri-
sti. Vbi autem suspensus est in ligno: dispensatio carnis finita est. Resurgens eni
a mortuis ascendit ad celum: quo iter eius natura ignis ostendit. Vnde et aposto-
2. Cori. 5. lus dicebat. Quia et si cognouimus Christum secundum carnem: sed nunc iam
non nouimus. Holocaustum namq; carnis eius per lignum crucis oblatum: ter-
rena celestibus et diuinis humana sociauit. Intranea sane cum pedibus aqua di-
lui iubet sermo precepti: sacramentum baptismi sub figurali predicatione denũ-
cians. Nam interna diluit: qui conscientiã purgat. Pedes abluit: qui consumatio-
Ioan. 13. nem suscipit sacramenti. Et is scit quia qui mundus est: non indiget nisi ut pedes
lauet. et quia partē q̃s habere nõ potest cũ Ihesu: nisi lauerit pedes ei9. ¶ Verũ si
hec etiã ad moralē locũ iclinare uelis: habes et tu uitulũ quē offerre debeas. Vitu-

lus est et quidem ualde superbus: caro tua, quam si uis munus domio offerre/ut eam castam pudicamq; custodias: adduc eam ad ostium tabernaculi/id est ubi diuinorum librorum suscipere possit auditum, Masculinū sit munus tuum: femi nam nesciat, concupiscentiam respuat/fragilitatem refugiat/nihil dissolutum requirat aut molle, Impone etiā manū tuā super hostiam tuā: ut sit accepta domi no/et iugula illā corā dño, hoc est/impone ei cōtinētie frenū: et manū disciplinę ne auferas ab ea, sicut imposuit manū carni sue ille: qui dicebat, Macero corpus meū et seruituti subiicio: ne forte cū aliis predicauero/ipse reprob⁹ efficiar, Et iu gula eā corā domino: mortificās sine dubio mēbra tua que sunt super terrā, Sed et filii Aaron sacerdotis offerūt sanguinē eius, Sacerdos in te est et filii eius/mēs que in te est et sensus eius, qui merito sacerdos et filii sacerdotis appellantur, soli enim sunt qui intelligunt dominū: et capaces sunt scientie dei, Vult ergo sermo diuinus/ut rationabili sensu carnē tuam in castitate offeras deo: scdm quod apo stolus dicit. Hostiā uiuentē/sanctā/deo placētē/rationabile obsequiū uestrū, Et hoc est per sacerdotē uel filios sacerdotis offerre sanguinē ad altare: cū et corpo re et spiritu quis castus efficiatur, Sunt eni et alii qui offerunt quidē holocaustum carnē suam: sed non per ministeriū sacerdotis. Non enim scientes/nec scdm legē que in ore sacerdotis est: offerunt. sed sunt quidē casti corpore: animo autē inue niūtur incesti, Aut eni glorie humane concupiscentia maculatur/aut cupidita te auaritie polluuntur/aut inuidie ac liuoris infelicitate sordescūt: uel furētes odii et ire immanitate uexantur, Quicunq; tales sunt/licet corpore casti sint: tamen non offerunt holocausta sua per manus et ministeriū sacerdotis. Nō est enim in eis cōsiliū & prudētia: que sacerdotio fungitur apud dñm, sed sunt ex illis quiq; uirginibus stultis que uirgines quidē fuerunt/et castitatē corporis seruauerunt: oleū autē charitatis et pacis et reliquarū uirtutū in uasis suis condere nescierūt/ et idcirco exclusę sunt a thalamo sponsi. quoniā sola carnis cōtinētia ad altare do minicū nō potest peruenire: si reliquis uirtutib⁹ et sacerdotalib⁹ ministeriis dese ratur, Et ideo qui hec legimus uel audim⁹: in utraq; parte operā demus casti esse corpore/recti mēte/mūdi corde/moribus emēdati/proficere in operibus/uigila re in scientia: fide/& actibus/gestis et intellectibus esse perfecti/ut ad similitudi nē hostie Christi cōformari mereamur, Per ipsum dñm nostrū Ihesum Christū. Cū quo/deo patri oīpotēti cū spū sācto: est glia & iperiū in secula seculoꝝ Amē,

1,Cori,9. Colosse,3 Roma,12 Math,25.

¶ Primi libri Cyrilli in Leuiticum: finis,

¶ Liber secūdus eiusdem/de sacrificiorum generibus: hoc est de muneribus/& salutaribus/et pro peccatis. & quomodo offert pontifex pro peccato suo/et pro peccato synagoge, uel pro anima q̄ ex populo terre peccauerit/nō uolūtate,

Superior quidem de principio Leuitici disputatio edocuit nos legē sacrifi ciorū: que munera appellantur, ut si homo munus offerat: ex animalib⁹ id offerret/id est ex bobus/uel ouibus/uel etiā capris. Si uero ex auibus: turturum par aut duos pullos columbarū adhiberet, Si uero anima offerat mu nus: similam offerat ex clibano/id est panes azimos/aut similā oleo cōspersā ex sartagine/uel etiā craticula, Si aūt sacrificiū offerat primitiaꝝ de primis frugib⁹; Leuiti,1. Leuiti,2.

Leuiti,3, ut simila sit recens id est noua. Igni quoq; eã torreri uult et medio fractã esse: ne multum minuta sit/quia primitie sunt: et bene purgata sit, Oleum quoq; et thus ut imponatur super eam: et sic offeratur, At uero si quis offerat sacrificium salutare: ex bobus iubetur offerre/uel etiam ex ouib⁹ siue capris, Et exceptis his: nullum aliud sacrificii genus subsistit in salutaribus hostiis. Nã pro peccatis solũ nõ uoluntariis/generaliter quidẽ anima iubetur offerre: sed post hec per diuersas

Leuiti.4, agitur uariasq; personas/et iubetur, Si quidẽ pontifex sit qui deliquit et offert sacrificiũ pro peccato: ut uitulũ holocaustum offerat/sed nõ in eo ritu quo illũ pro munere obtulit, De hoc enim tantum adipes et duos renes cum adipibus suis/& adipẽ qui tegit interiora: imponet super altare holocaustorũ, De sanguie quoq; eius intiget digitũ suum et respergat septies coram domino & linet ex eo cornu altaris incẽsi. Ceteras autẽ carnes cum corio et internis & stercore: extra castra igni cremare iubet in loco mundo. ¶ Obseruandũ sane est q; in peccato pontificis nõ addit legislator: quia per ignorantiã aut nõ uolũtate peccauerit. Neq; enim cadere ignorantia poterat in eũ: qui ut ceteros doceret prouectus est. Si autẽ totius synagoge peccatũ fuerit: uitulũ nihilominus holocaustũ synagoga iubetur

Leuiti,4 offerre. Sed in peccato synagoge dicit: si ignorauerit & latuerit uerbũ ab oculis synagoge et fecerit quod contra mãdatũ domini est. Vnde apparet etiã oẽm synagogam delinquere per ignorantiã: quod et dominus confirmat in euangeliis

Luce,23, cum dicit, Pater remitte illis: non enim sciunt quid faciunt, Q; si princeps fuerit qui offert hostiam pro peccato: hircũ ex capris iubetur offerre, non holocaustũ: sed tantum ut de sanguine eius imponat sacerdos super altare/et omnẽ adipem eius offerat in altari, reliquũ autẽ sacerdotibus remaneat ad edẽdum: sanguine tantũ ad basim altaris effuso. Si uero anima fuerit (inquit) una que offert pro peccato: caprã feminã offerat, ritu scilicet eodẽ: quo hircũ superi⁹ diximus imolatũ,

Leuiti,5, Q; si nõ ualuerit inquit manus ad caprã uel agnũ: par turturũ offeret aut duos pullos colũbarũ, Q; si neq; hoc inueniat: decimã partẽ ephi similaginis sine oleo et sine thure mandatur offerre. ¶ Hec quidẽ nobis singula: priori lectione recitata sunt, uerũ explanatio eorũ (quoniã tẽpore excludebamur) omissa est: de qua nunc paucis cõmonere studiosos quosq;/et eos etiã qui preteritarũ meminerint lectionũ/absurdũ non puto: qq̃ ad ea que nup recitata sunt urgeamur, Et primo uelim uidere q̃ sit ista differẽtia: q; alia quidem dicit hominẽ offerre/alia animã/alia põtificẽ/alia synagogã/alia pricipẽ/alia unã animã ex populo terre, Et puto quidẽ hominẽ/illũ debere intelligi: qui ad imaginẽ & similitudinẽ dei fact⁹ est & irrationabiliter uiuit. Hic ergo munus offert deo uitulũ: cũ carnis supbiã uicerit, Ouẽ: cũ irrationabiles motus insipiẽtesq; correxerit, Hedũ: cũ lasciuiã superauerit. Offert etiã par turturũ: cũ nõ fuerit sol⁹/sed mẽtẽ suã uerbo dei uelut uero cõiugi sociauerit, sicut hoc gen⁹ auiũ/unũ dicit: et castũ seruare coniugiũ, Offert

Canti,5, etiam duos pullos colũbarũ: cum & ipse itellexerit mysteriũ quo oculi spõse sicut

Cãtico,1, colũbe dicũtur ad plenitudines aquarũ/et collũ ei⁹ sicut turturis, Hec ergo sunt hois scdm qđ supra exposuim⁹ munera, anime aũt munera: lõge iferiora describit, Anima hec neq; uitulũ habet/neq; ouem/neq; hedũ: quẽ offerat deo, sed ne

par quidē turturū/aut duos pullos iuenit colūbarū, Similā tātū habet: ex ipsa panes azimos offert a clibano/ex ipsa in sartagine opus factū/ uel a craticula oleo pmixtū, Unde uidet mihi hic aia que appellata est: homo ille quē Paul9 animalem hominē nominat/intelligendus, qui etiam si peccatis non urgeatur / nec sit preceps ad uicia; non tamen habet aliquid in se spiritale/et quod figuraliter carnis uerbi dei reputetur, Sic enim ipse de eo Paulus apostolus dicit: quia animalis homo non percipit que sunt spiritus dei, Stultitia enim est illi: et non potest intelligere quia spiritaliter diiudicatur, spiritalis autem examinat omnia, Iste ergo qui anima nominatur/nō potest offerre omnia: quia examinare non potest omnia, sed offert solam similam et panes azimos: id est cōmunem hanc uitam/uerbi gratia in agricultura/aut nauigādo/aut in aliquibus cōmunis uite usibus positam, Offert tamen etiam ipse munus deo: licet solam similam dicatur offerre/ oleo scilicet tātū conspersam, Omnis enim anima eget oleo diuine misericordie/ nec presentem uitam euadere quispiam potest: nisi ei oleum celestis miserationis affuerit, ¶ Secūdo in loco/pirmitiarum id est de initiis frugum mandatur oblatio, Quod si bene meministi: in die pētecostes fieri lex iubet/in quo illis plane umbra data est: nobis autē ueritas reserata est, In die enim pentecostes oblato orationum sacrificio: primitias aduenientis sancti spiritus apostolorum suscepit ecclesia, Et uere hec fuerunt recentia: quia erat nouum, unde et musto repleti dicebātur, & fuerunt igni tosta: ignee namq; lingue supra singulos consederūt. Et medio fracta/frāgebantur enim media: cū littera separabatur a spiritu, Et bene purgata. purgat namq; omnes sordes presentia sancti spiritus: remissionem tribuens peccatorum, Oleum quoq; misericordie huic sacrificio infunditur/et thus suauitatis: per quod Christi bon9 odor efficimur, ¶ Post hec de sacrificiis salutaribus dicit: que ex animalibus id est ex bobus uel capris atq; ouibus offeruntur, et nichil his ultra substituitur ad immolandum/ sed ne de iis quidem: que superius in offerendis muneribus fuerunt substituta, Iste enim qui salutares hostias offert: sine dubio iam sue salutis est conscius, Et ideo qui ad salutem peruenit: necesse est ut que magna et perfecta sunt offerat. Sic enim et apostolus dicit, Perfectorum autem est cibus solidus, ¶ De hinc ad offerendas pro peccatis uictimas: sacrificiorum ordo dirigitur/in quo et secūdo dicitur. Locutus est dominus ad Mosem dicēs. Anima quecunq; peccat coram domino: non uoluntate, Recte animam dicit: quam peccare describit, Non enim spiritum uocasset: quē diceret peccaturū, sed ne hominem quidem hunc diceret: in quo nequaq̄ imago dei peccato interueniente constaret. Non est ergo spiritus: ille qui peccat, Fructus enim spiritus/ut describit apostolus: charitas est/gaudium/pax/pacientia/et cetera his similia: qui etiam fructus uite appellātur, Deniq; et alibi dicit. Qui seminat in carne: de carne metet et corruptionem, Et qui seminat in spiritu: de spiritu metet uitam eternam. Quomodo ergo alius est qui seminat: et aliud est in quo seminat? Seminatur autem uel in carne cum peccatur/ut metatur corruptio: uel in spiritu cum secundum deum uiuitur/ut metatur uita eterna, Constat utiq; animam esse/que uel in carne uel in spiritu seminat: et illam esse / que in peccatum ruere

1. Cori, 2,
Leuiti. 23
Actu. 2,
Hebre, 5.
Leui, 4,
Gala, 5,
Gala. 6,

possit/uel conuerti a peccato, Nam corpus sequela eius est ad quodcunq; direxerit:et spiritus dux eius est ad uirtutem/si eum sequi uelit, Sed hec generaliter dicta sunt:nunc uero per species diuiduntur, Si pontifex inquit qui unctus est peccauerit/ut populum faceret peccare:offeret pro peccato suo uitulum de bobus sine macula domino. Terror simul et misericordia in diuinis legibus/ostẽtãtur.ita sane in hominibus nichil tutum est:ne pontifex quidem. Et quis pontifex? ipse q unctus est/ipse qui sacris ignibus diuina succendit altaria/qui deo munera et salutares hostias immolat:qui inter deum et hominem medius quidam repropitiator interuenit, Ne iste inquam ipse:immunis manet a contagione peccati. Sed uide misericordiam dei:et plenius eam Paulo docente cognosce, Ipse enim ad Hebreos scribens dicit, Omnis namq; pontifex ab hominib' assumptus:pro hominibus constituitur ad offerendas hostias deo, et paulo post, Lex inquit homines cõstituit sacerdotes infirmitatem habentes:ut possint pro sua ita etiam pro populi infirmitate offerre, Vides ergo dispensationem diuine sapientie, Sacerdotes statuit:non eos qui omnimode peccare non possent.alioqui nõ essent homines, sed eos imitari quidem illum:qui peccatum non fecit. offerre autem hostias primo ꝓ suis/post etiam ꝓ populi delictis, Sed quid precipue in huiusmodi sacerdote mirãdum est? Non ut nõ peccet/quod fieri non potest: sed ut agnoscat et intelligat peccatum suum. nunq̃ enim emendat:qui se peccasse non putat, simul quia et facilius potest indulgere peccantibus:is qui alicuius infirmitatis conscientie sue remordetur, Que est autem oblatio sacerdotis pro peccato? uitulus inquit ad holocaustum, Secundo inuenimus offerri a pontifice uitulum in holocaustum: semel pro munere/et semel pro peccato, Sed ille qui offertur in munere:sup holocausti altare cõsumitur. Qui uero pro peccato:extra castra cum corio ac intestinis ac stercore/in loco mundo iubetur exuri:adipibus solis in altari oblatis/et renibus. Que singula diuidere ac discernere/quãuis et supra nostras uires sit et supra auditum uestrum:tamen aliquas uobis ad intelligendũ occasiones conquirere atq; in medium proferre tẽtabimus. Vide ergo ne forte Ihesus quẽ Paulus dicit pacificasse per sanguinem suum non solum que in terris sed que in celis sunt:idem ipse sit uitulus/qui in celis quidem non pro peccato sed pro munere oblatus est. In terris autem/ubi ab Adam usq; ad Mosem regnauit peccatum: oblatus sit pro peccato.et hoc est passum esse extra castra. Extra illa opinor castra/que uiderat Iacob angelorum dei:castra celestia/de quibus scriptum est in Genesi. Et suspiciens Iacob uidit castra dei in apparatu: et occurrerũt ei angeli dei, et dixit Iacob cum uideret eos, Castra dei sunt hec, Extra illa ergo castra celestia:est oĩs in quo habitamus nos locus iste terrenus/in quo in carne passus est Christus, Qꝫ uero dicit quia cum stercore exuritur et intraneis:uide ne forte ad cõparationem celestium corporum/corpus istud humane nature stercus figuraliter appelletur. terrenum enim est:et de terra sumptũ. Sed et cophinus ille stercoris qui ad radices succidende ficulnee mittitur: quid aliud nisi mysterium suscepte in corpore dispẽsationis ostẽdit? Nec tamen ei interna deesse dicuntur. quamuis enim uilẽ serui gesserit formam:plenitudo tamen diuinitatis in eo habitabat, Hec quãuis

Leui, 4, / Hebre. 5, / Hebre, 7 / Colos, 1, / Roma, 5. / Hebre, 13 / Gene, 32 / Luce, 13, / Colos, 2,

audacter discussa sint:tamen fidelium quorumq; nutriri semper ad maiora debet auditus,eadem quoq; etiam de synagoge uitulo accipienda sunt. ¶ In mora li autē loco/ potest pōtifex iste sensus pietatis et religionis uideri: qui in nobis per orationes et obsecratiōes quas deo fundimus/ uelut quodam sacerdotio fungit̃. Hic si in aliquo deliquerit:omnem qui intra nos est bonorum actuum peccare populum facit. Neq; enim recti operis aliquid gerim⁹: cum in prauum declinauerit dux bonorum operum sensus, Et ideo ad huius emendationem: non qualiscūq; hostia/ sed ipsius saginati uituli requiritur sacrificium, Similiter et synagoge cul- Luce. 15.
pa/ hoc est omnium que intra nos sunt uirtutum emendatio:non aliter q̄ ex Chri-
» sti mortificatiōe reparatur, Si uero princeps inquit peccauerit: hircum offeret ex
» capris, Princeps iste potest uideri uis rationis:que intra nos est, que si peccet in nobis/ et stultum aliquid agamus: pertimescenda nobis est illa sententia saluatoris/ que dicit, Vos estis sal terre, Si autem sal infatuatum fuerit: ad nichilum ualet Math. 5.
nisi ut proiiciatur foras/ et conculcetur ab hominib⁹, Habet ergo iste et hostiam
» suam, Sed & anima inquit una si peccauerit:caprā feminā similiter offeret/ secū-
» dum illam substitutionem hostiarum:quam superius memorauimus, ¶ Sed forta sse dicent auditores ecclesie, Melius fere agebatur cum antiquis q̄ nobiscum: ubi oblatis diuerso ritu sacrificiis/ peccantibus uenia prestabatur. apud nos una tantummodo est uenia peccatorū:que per lauacri gratiam in initio datur, nulla post hec peccantibus misericordia nec uenia ulla conceditur. ¶ Decet quidem districtioris esse discipline Christianū: ꝓ quo Christus mortu⁹ est, Pro illis oues/ hirci/ boues iugulabantur et aues/ et simila conspergebatur, Pro te filius dei iugulatus est:et iterum te peccare delectat? Et tamē ne tibi hec non tam erigāt animos pro uirtute/ q̄ pro desperatione deiiciant:audisti quanta sint in lege sacrificia pro peccatis. Audi nunc:quante sint remissiones peccatorū. In euangelio est ista prima:qua baptisamur in remissionem peccatorum. Secunda remissio est in passione martyrii, Tertia est que per eleemosynā datur. Dicit enim saluator, ue- Luce. 11.
rumtamen date que habetis:et ecce omnia munda sunt uobis, Quarta nobis fit remissio peccatorū: qñ et nos remittimus peccata fratribus nostris. Sic enim dicit ipse dominus et saluator, Quia si remiseritis fratribus uestris ex corde peccata:et uobis remittet peccata uestra pater uester, Q; si non remiseritis fratribus Math. 6.
uestris ex corde:nec uobis remittet pater uester, Et ipse in oratiōe nos dicere docuit,remitte nobis debita nostra:sicut et nos remittim⁹ debitorib⁹ nostris. Quinta peccatorum remissio,cum cōuerterit quis peccatorē ab errore uie sue. Ita enī dicit scriptura diuina, Quia qui cōuerti fecerit peccatorem ab errore uie sue:sal- Iacobi. 5.
uat animā eius a morte/ et cooperit multitudinē peccatorum, Sexta quoq; fit remissio per abundantiam charitatis: sicut et ipse dominus dicit, Amen dico tibi/ Luce. 7.
remittuntur ei peccata multa:quoniam dilexit multum. Et apostolus dicit, Quo- 1. Petri. 4
niam charitas operit multitudinem peccatorum, Est adhuc et septima/ licet du- Psal. 6.
ra et laboriosa:per penitētiam remissio peccatorum, cum lauat peccator lachry- Psal. 40.
mis stratum suum:et fiunt ei lachryme sue panes die ac nocte, cum non erube- Psal. 31.
scit sacerdoti domini indicare peccatum et querere medicinam:secundum eum

Psal.31, qui ait, Dixi pronunciabo aduersum me iniustitiam meam: et tu remisisti impie=
Iacobi, 5. tatem cordis mei, In quo impletur et illud: quod Iacobus apostol9 dicit, Si quis au
tem infirmatur: uocet presbyteros ecclesie et imponant ei manus / ungentes eum
oleo in nomine domini / et oratio fidei saluabit infirmū, et si in peccatis fuerit: re=
mittetur ei, Et tu ergo cum uenis ad gratiā baptismi: uitulū offers / quia in morte
Christi baptisaris, Cum uero ad martyrium duceris / hircum obtulisti: quia autho
rem peccati diabolum iugulasti, Cum autē eleemosynam feceris / et erga indigē=
tes affectum misericordie solicita pietate impēderis: altare sacrum hedis pingui=
bus onerasti, Q; si ex corde peccatum remiseris fratri tuo / et iracundia et tumo
re deposito / mitem intra te et simplicem recollegeris animum: immolasse te arie
tem / uel agnum in sacrificium obtulisse confide, Porro autem si diuinis lectioni=
bus instructus meditando sicut columba / et in lege domini meditando die ac no=
cte / ab errore suo conuerteris peccatorem / et abiecta nequitia ad simplicitatem
eum columbe reuocaueris: atq; etiam adherendo sanctis / feceris eum societatem
turturis imitari: par turturū aut duos pullos columbarū domino obtulisti, Q; si
1.Cori.13, illa (que et spe et fide maior est) charitas abundauerit in corde tuo: ita ut diligas
proximum tuum non solum sicut teipsum / sed sicut ostendit ille qui dicebat: ma
Ioan.15, iorem hac charitatem nemo habet / q̄ animam suam ponat pro amicis suis: panes
similagineos in charitatis oleo subactos / sine ullo fermento malicie et nequitie / in
1.Cori.5. azimis synceritatis et ueritatis te obtulisse cognosce, Si autem in amaritudine fle
tus fueris luctu lachrymis et lamentatione cōfectus / si carnē tuam maceraueris /
et ieiuniis ac multa abstinentia aridam feceris / et dixeris quia sicut in frixorio cō
Psal.101, frixa sunt ossa mea: tunc sacrificium simile a sartagine uel craticula obtulisti, Et
hoc modo inuenieris tu uerius et perfectius secundum euangelium offerre sacri
ficia: que secundū legem offerre non potest Israel, ¶ Sed uideam9 quid etiam de
Leui.4, his que nuper recitata sunt sciendum sit. Si autem inquit anima una peccauerit
" nolens ex populo terre / faciendo unum ab omnibus mandatis domini quod fie=
" ri non debuit: et deliquerit / et notum fuerit illi peccatum quod peccauit / et addu
" xerit donum suum capram de hedis: feminam sine macula adducet pro peccato
" quod peccauit, Et omnem post hec sacrificii ritum secundum quod supra expo=
suim9 / enarrauit de anima: quam sub peccato factā dicit offerre. De anima qua
liter sciendum sit: in superiorib9 prout potuimus explanauimus. Q; uero in hoc
loco addidit / animam dicēs si peccauerit ex populo terre: non uidetur michi oci=
osum, Quis enim dubitaret q; ea que dicit lex: ad animas uel ad populum qui sūt
in terra diceretur? Quid ergo necessarium fuit / ut ad hoc quod dicit anima una
si peccauerit: adderet ex populo terre? Sed uidendum est ne forte ad distinctionē
alterius populi qui non est de terra / hec anima que peccauit: de populo terre esse
dicatur. Neq; enim cōuenire hoc dictum potest illi qui dicebat. Nostra autem cō
Philip.3, uersatio in celis est, unde et saluatorem expectamus dominum Ihesum, Quomo
do ergo istam animam merito dixerim de populo terre: que nihil habet cōmune
cum terra / sed tota in celis est / et ibi cōuersatur ubi Christus est in dextra dei se=
Philip.1, dens? quo et redire desiderat et esse cum Christo, Multo enim melius, sed perma

nere in carne/necessarium dicit:propter nos.Hec ergo anima que peccat:de populo terre est/ faciens unum ex omnibus mãdatis domini quod fieri non debet.

❡Diu certe me in hoc sermone quidam stupor attonitum tenuit,Non enim cõsequenter dictum uideo q, peccauerit anima et fecerit unũ ex mandatis domini quod fieri non debuit,Si enim mandatum domini est: quomodo fieri non debuit? cum utiq; ad hoc dentur mandata dei:ut fiant,Et quomodo hic dicitur peccasse aĩa que fecerit unũ de mãdatis domini quod fieri nõ debet? Et fortasse aliquibus uidebitur error locutionis per interpretes factus,Sed michi curiosius inquirẽti cõpertũ est:oẽs interp̃tes similiter protulisse.et ideo nõ elocutiõis error:sed profundioris intelligentie requirendus est sensus,Inquantum ergo nobis occurrere potest:hec mihi uidetur absolutio.Mandata domini quedam data sunt ut fiant: quedam ut non fiant.Sed ea que fieri debent:necessitas poposcit humana/ut inserta illis proferrẽtur que fieri nõ deberent. uerbi gratia.ut de his ipsis que nunc habemus in manibus sacrificiis:proferamus exemplum,Agnus immolari iubet in pascha/non quo ueri agni hostiã per singulos annos requireret deus: sed quo designaretur immolari debere illum agnum/ qui tollit peccata mundi, Hoc ergo fieri uoluit:illud noluit,Sic enim per Esaiam dicit,Quo mihi multitudinem sacrificiorum uestrorum:dicit dominus? Plenus sum, holocausta arietum et adipẽ agnorum/et sanguinem taurorum nolo atq; hircorum, Audisti quomodo non uult hostiam arietum nec adipes agnorum: dedit tamen mandatum quomodo uel taurorum uel agnorum hostia deberet offerri, Sed qui legem spiritaliter intelligit:spiritaliter hec querit offerre.Si uero quis secũdum speciem mandati carnalis obtulerit:hec est anima una ex populo terre que peccauit nolens/ faciendo unum de omnibus mandatis domini quod fieri non debuit: et deliquit, Et ideo adiungit in subseq̃uẽtibus,Et cum notum factum fuerit illi peccatum quod peccauit:adducet munus suum ante dominum, Debet enim munus offerre anima cum ei innotuerit:quia non querit dominus carnale sacrificium, quia sacrificiũ deo est spiritus contribulatus,Notum sit ergo ei peccatum suum: cum didicerit a domino dicente,misericordiam malo q̃ sacrificium,et cum agnouerit immolare sacrificium laudis in ecclesia: et reddere altissimo uota sua,Per Christum dominum nostrum:cui est laus et gloria in secula seculorum, A M E N,

Esaie,1, Psal,50, Osee,6, Psal.49.

❡Secundi libri Cyrilli in Leuiticum:finis,

❡Eiusdem liber tertius,de eo quod scriptum est.Si autem anima peccauerit et audierit uocem iuramenti:et hic testis sit / aut uiderit/ aut conscius fuerit: si non indicauerit/et ipsa accipit peccatum eius,Et anima que tetigerit omnem rem immundam/aut morticinam/aut a fera captam / et cetera.

De sacrificiis que offeruntur ab iis qui per ignorantiam uel qui non uoluntate peccauerint:sermo est.Vnde et in superioribus cum de pontificis sacrificio diceremus:obseruauimus non esse scriptũ de eo/quia ignorauerit.Sed si quis bene meminit eorum que dicta sunt: potest nobis dicere,quia sacrificium quod pontificem pro peccato diximus obtulisse: figurã Christi tenere/ intelligere possum9. Et conueniens non uidebatur/ut Chri

stus qui peccatum nescit: pro peccato dicatur obtulisse sacrificium, licet per my=
Esaie,53, sterium res agatur:et idem ipse pontifex / idem ponatur et hostia, ¶ Vide ergo
2.Cori.5. si et ad hoc possumus hoc modo occurrere, quia Christus quidem peccatū non fe
cit:peccatum tamen pro nobis factus est / dum qui erat in forma dei:in forma ser
ui esse dignat⁹est. dum qui immortalis est:moritur / et impassibilis patitur / et in=
uisibilis uidetur, Et quia nobis hominibus uel mors uel reliqua omnis fragilitas
in carne / ex peccati conditione superducta est: etiam ipse qui in similitudinē ho=
Philip,3. minum factus est / et habitu repertus ut homo: sine dubio pro peccato quod ex
nobis susceperat / quia peccata nostra portauit / uitulum immaculatū hoc est car
nem immaculatam obtulit hostiam deo. ¶ Sed quid facimus de eo quod in con=
sequentibus iungitur? Vbi enim dicit, si quidem pontifex qui unctus est peccaue=
rit, ibi additur:ut populum faceret peccare / offeret pro peccato suo, Quomodo
ergo conueniet:q, per carnem quam ex nobis suscepit Ihesus ipse peccatum fa=
ctus / peccare fecerit populum? ¶ Ausculta et de hoc si cum aliqua consequentia
possumus respondere, Passio Christi credentibus quidem uitam: mortem uero
non credentibus confert, Quamuis enim salus gentibus sit per crucem eius et iu
stificatio:Iudeis tamen interitus est et condēnatio, Sic enim scriptum est in euā=
Luce,2, gelus, Ecce hic natus est ad ruinam et resurrectionem multorum, Et hoc modo
per peccatum suum / hoc est per carnem in crucem actam in qua peccata nostra
susceperat:nos quidem credentes liberauit a peccato, populum uero non credē=
tem peccare fecit:quibus ad incredulitatis malum etiam sacrilegii accessit impie
tas. Et hoc modo pontifex iste per suum peccatum peccare populum fecit: dum
in carne positus et teneri potuit et occidi, Nam ponamus uerbi gratia: si domin⁹
maiestatis non uenisset in carnē / non arguisset Iudeos / non eis fuisset grauis etiā
ad uidendum:non utiq; teneri potuisset / nec ad mortem tradi / nunq̄ sine dubio
uenisset et sanguis eius super ipsos:et filios eorum. Sed quia uenit in carnem et p
Sapien.2, nobis peccatum factus est / et hec pati potuit:idcirco ipse dicitur peccare populū
Math,27 fecisse / qui fecit eum in se posse peccare. ¶ Sed uideam⁹ iam quid agit et ista ani
ma que audit uocem iuramenti et testis est / uel que uidit aliquid et conscia est:&
non indicat / ex quo accepit etiam ipsa peccatum eius sine dubio / qui inique aut
egit aliquid aut iurauit, Hoc etiam secundum historiam nos edificat et docet:ne
unq̄ in peccatis alterius polluamus cōscientias nostras / nec consensum male agē=
tibus prebeamus, Consensum autem dico:non solum pariter agendo / sed etiam
que illicite gesta sunt reticendo, Vis autem scire quia cōsentiant hec etiam euan=
gelicis preceptis:domin⁹ dicit, Si uideris fratrem tuum peccare; argue eum inter
Math,18. te et ipsum solum. Si te audierit:lucratus es fratrem tuum. Q; si te non audierit:
adhibe tecū adhuc duos uel tres. Q; si nec ipsos audierit:dic ecclesie. Si uero nec
ecclesiam audierit:sit tibi sicut ethnicus et publicanus, Sed euāgelicum preceptū
in eo perfectius datum est:q, iudicandi peccati modum disciplinamq; constituit,
Non uult enim te / si forte uideris peccatum fratris tui:continuo euolare ad publi
cum / et proclamare passim / ac diuulgare aliena peccata, quod esset utiq; non
corrigentus; sed potius infamantus, Solus inquit inter te et ipsum corripe eum,

ubi enim seruari sibi mysterium uiderit ille qui peccat:seruabit et ipse emendationis pudorem,Si uero diffamari se uiderit:illico ad denegandi impudentiam cōuertetur,et non solum non emendaueris peccatum:sed et duplicaueris,Disce ergo ex euangelicis preceptis ordinem. Primo inquit corripe eum solus inter te et ipsum,Secundo adhibe tecum alios duos uel tres, In ore inquit duorum uel triū testium:stabit omne uerbum. Tertio uero dic ecclesie. Quomō quidem tertio: correptionem mādabat ad ecclesiam deferēdam: ita in secūdo uult duos uel tres adhiberi,quibus presentibus correptus si emendare se non uult: cum ad ecclesiā delatum fuerit eius peccatum/possit dudum adhibitis testib9 confutari, Frequēter enim accidit/ut uolens quis euāgelicum implere mandatum/calumniator uideatur:si crimen deferat ad ecclesiam et deficiat testibus, Ne hoc ergo accidat: idcirco duos uel tres testes in secūda correctiōe ei iussit adhiberi,Cū ergo et euāgelii tale mandatum sit et lex precipiat:quia si tacuerit/accipiet peccatum. sciendum est q. si quis ea que uidet in delicto proximi sui uel non indicat secundū regulam superius datam/uel in testimoniū uocatus non que uera sunt dixerit: peccatum quod commiserit ille quem celat/ipse suscipiet/et pena commissi reuoluetur ad conscium,Sufficiēter ergo in hoc capite:ipse edificauit textus historie. Puto tamē q. et illa aīa que legit scriptū in lege dei. quia iurauit dominus et non penitebit eum:tu es sacerdos internum secūdum ordinem Melchisedech,audit uocem iuramenti.ut faciunt scribe et pharisei semper hec meditantes:sed tacent et enūciare populo nolūt/ne Christi testentur aduentum.Propterea ergo ipsi accipient peccatum:in quo non enunciantes ad populum que uera sunt/peccare faciunt Israel,¶Post hec:et alia lex promulgatur,Anima inquit quecunq; tetigerit omnem rem immundam aut morticinam iumētorum immundorum et latuerit eum et inquinatus est: aut si tetigerit immundiciam hominis/et omnem immundiciā ex qua inquinatur.et cetera, Hec quidem apud Iudeos indecenter satis et inutiliter obseruantur, ut quid enim immundus habeatur: qui contigerit uerbi causa animal mortuum aut corpus hominis defuncti? quid si prophete corpus sit/quid si patriarcha:uel etiam ipsius Abrahe corpus? et si eius ossa contigerit:immundus erit? quid si Helisei ossa contingat qui mortuum suscitauit: immundus erit ille qui contingit? et immundum faciunt ossa prophete etiam illum ipsum:quem a mortuis suscitant? Vide q̄ inconueniens sit Iudaica intelligentia, Sed nos uideamus primo quid sit tangere et quis sit tactus qui faciat immūdum/quis uero sit tactus qui faciat mundum, Apostolus dicit.bonum est homini:mulierem non tangere,hic tactus immūdus est,hoc est enim illud quod in euāgelio dominus dixit,Si quis uiderit mulierem ad cōcupiscendum: iam mechatus est in corde suo,Tetigit enim cor eius concupiscentie uicium:et immūda facta est anima eius.Si quis ergo hoc modo tangit aliquam rem/id est uel per mulieris concupiscentiam/uel per pecunie cupiditatē uel alio quolibet peccati desiderio:immūdum tetigit et inquinatus est.Oportet ergo te si quid tale contigeris:scire quomodo offeras sacrificium/secundum ea que in superioribus memorauimus:ut mundus effici possis,Vis tibi ostendam que est anima que tetigit immundum/et im-

Deute,19 — Psal,109 — 4,Regū 13 — 1,Cōri,7 — Math,5

Luce.8, mūda facta est:et rursum tetigit mundum / et facta est munda. Illa que profluuium sanguinis passa est / et erogauit omnem substantiam suam in medicos / nec aliquid proficere potuit:per immundiciam peccati in hoc deuoluta est. Tetigerat enim peccatum:et idcirco flagellum carnis acceperat. Sed posteaq̄ fide plena tetigit fimbriam Ihesu:stetit fluxus sanguinis / et repente facta est munda : que ante per tantum tempus uixit immūda. Et quemadmodum cum tetigisset dominū
Luce.8, et saluatorem:dixit ipse, quis tetigit me? ego enim sensi uirtutem exisse de me. illā sine dubio uirtutem:que mulierem sanauerat & fecerat mundam, sic intelligendum est q̄, si quis contigerit peccatum:exeat ab ipso peccato uirtus quedam maligna / que eum qui se cōtingit faciat immundum. et hoc est uere cōtigisse immūdum. Simili ratione etiam de morticino hominis / uel de morticino pecoris mūdi aut immundi:dicendum est. Morticinū namq̄ hominis cōtingit is:qui peccatis suis mortuum quempiam uel sequitur uel imitatur. Sed si singulorum differentie requirende sunt:singula recenseamus. Hominis morticinum (sicut supra diximus) illud possumus dicere:quod apostolus ad Corinthios dicit. Scripsi inquit uobis in epistola:ut non commisceamini fornicariis, Non utiq̄ fornicariis huius mūdi:aut auaris / aut rapacib9 / aut idolis seruientib9, alioqui debueratis de hoc mūdo exisse. Nunc autem scripsi uobis:ut non commisceamini, Si quis frater nominatur fornicator / aut auar9 / aut idolis seruiens / aut maledicus / aut ebriosus / aut rapax:cum huiusmodi nec cibum sumere. Istud est ergo hominis morticinū contingere / quasi ei se socium saltem in cibo prebuerit qui in Christo homo effectus / rursum in peccatis est mortuus. Nam et illa uidua de qua dicit apostolus:quia in deliciis agens / uiuens mortua est:morticinum hominis dici potest. Sed alia anime morticina nihilomin9 que sunt in ecclesia; requirēda sūt. Si simpliciores sint / quiq̄ nihil uirtutis / nihil prudētie egerūt:et iam in peccatorū sordib9 uolutent, hos si quis sequatur uel tangat / eo tactu quo supra exposuimus:morticinum animal tetigit. Q2 autem ecclesia habeat et animalia : audi quomodo dicit in psalmis. homines et iumenta saluos facies domine. Hi ergo qui uerbi dei et rationabilis instituti studium gerunt:homines appellantur. Qui uero absq̄ huiusmodi studiis uiuunt et scientie exercitia non requirunt / fideles tamen sunt:animalia quidem sed munda dicuntur. Sicut enim sunt quidam homines dei:ita sunt et quedam oues dei. Scriptū est enim quia Moses non erat ouis dei:sed homo dei. et Helias non erat ouis dei:sed homo dei. Sic enim ipse dicit, Si homo dei sum ego: descendat ignis de celo et cōsumat te et quinquaginta tuos. Vis autē audire de ouibus dei:dicitur per prophetam. Oues mee / oues sancte sunt:dicit dominus. Et iterum saluator dicit in euangelio. Oues mee uocem meā audiunt. Et nō puto quia dixisset de hominibus:quia uocem meam audiunt homines, sed hoc. Qui habet aures audiendi:audiat. Quomodo uocem Christi audiunt oues:ita homines uerbum eius audiunt. Ista ergo sūt animalia / mūda quidem propter Christū:morticina autem propter peccatum. Que si quis tetigerit / hoc est si secutus quis fuerit in peccato:immundus erit. Et si quis huiusmodi hominis morticinum contigerit:id est eius qui secundum rationem uiuit primo / et in uerbo dei semetipsum

Marginal references: 1.Cori.5 (beside "mus) illud possumus dicere"); 1.Timo.5 (beside "rursum in peccatis est mortuus"); Psal.35. (beside "mal tetigit"); 4.Regū (beside "has non erat ouis dei"); Hie.23, (beside "bus dei:dicitur per prophetam"); Ioan.10, (beside "rum saluator dicit in euangelio"); Luce.8, (beside "dixisset de hominibus").

exercēs:postmodū decidit i peccatū, Si qs eū sequat̃ aut imitet̃:hois cōtigit mor ticinū / & erit imūd⁹, Sed & a fera captū si cōtigeris:imūd⁹ eris, Que est fera: leo est / an lup⁹ q rapit hoies / uel iumēta: Illa credo fera est:de q̄ dicit Petrus apl's. qa aduersari⁹ uester diabol⁹ sicut leo rugiēs circuit / querēs quē deuoret / cui resisti= te fortes in fide, Et rursū de qb⁹ dicit apl's Paul⁹. Intrabūt eni post discessū meū lupi rapaces:nō pcentes gregi, Ab istis ergo feris si uideris captū:noli eū seq / noli cōtigere:ne et tu efficiaris imūd⁹, Sunt p̄terea & alia imūda aialia:quoꝝ mortici nū uetat cōtigi, Immūda aialia sūt hoies q extra Christū sūt:in quib⁹ ratio neq̧ religio ulla est, Hoꝝ ergo oim morticina id est pc̄tā si uideas:dicit tibi legislator, ne cōtigeris / ne accesseris / ne attractaueris, Et iste sunt imūdicie:q̄ merito fugiē= de sūt, Hois aūt tactū refugere uel mortui corpis / cui magis sepultura religiosa cōferēda est:Iudaice hec sūt & iutiles fabule / speciē quidē pietatis habētes:uirtu= tē uero ipsi⁹ denegātes. ¶ Prima ergo lex de imūdiciis data, Si qs iuramēti alicu ius uel delicti testis fuerit et nō indicauit: per hoc imūd⁹ quodā mō effect⁹ ē etiā ipse societate pc̄ti, Secūda lex:q̄ cōtigere imūdū aliqd ac morticinū uetat̃, Ter= tia nūc lex ꝑmulgat̃ huiusmodi. Et aia inqt q̄ iurauerit ꝑnūciās labiis suis male= facere aut bn̄facere / et nō fecerit scd̄m oia q̄cūq̧ dixerit hoi cū iuramēto & latue rit eū / et postea cognouerit et peccauerit unū aliqd de istis: ꝑnūciet peccatū qd̄ peccauit / et offerat ꝑ iis q̄ deliquit dn̄o ꝑ peccato quo peccauit: feminā de ouib⁹ / & cetera, Quō qdē si ꝑnūcia uero labiis meis uel iura uero bn̄facere et nō faciā / peccati reus sim: difficultas nō est ostēdere. Quō aūt si iurē uel ꝑnūciē malefacere & nō fecero / peccaueri uerbo: assignare difficile est, Absurdū eni uidet̃ (uerbi grā) ut si p iracūdiā dixero me hoiem occisurū & nō fecero / ne peierare aut fallere uidear: cogi ad explēdū opus / qd̄ temere & illicite ꝑmisi, Queram⁹ ergo q̄ sit res / i qua si ꝑmittim⁹ nos malefacere & nō fecerim⁹: peccam⁹, si uero fecerim⁹: excusemur a pc̄tō / ut ratiōabiliter stare p̄cepti ueritas possit. Quātū i hoc loco in telligēdū uidet̃: malefacere / aduersari alicui est / & nō idulgere ei ut faciat quod uult, Et nos ergo cū uenim⁹ ad dn̄m & uouem⁹ nos ei i castitate seruire: ꝑnūcia= mus labiis nr̄is et iuram⁹ nos castigare carnē nostrā uel male ei facere / atq̧ i ser= uitutē eā redigere: ut sp̄m saluū facere possim⁹, Sic eni iurasse se dixit: q ait, Iura ui & statui seruare oia p̄cepta tua, Quia ergo carnis uox est q̄ dicit. nō eni qd̄ uo lo / ago: sed qd̄ odi / illud facio. afflicta sine dubio a sp̄ū et coartata / resistit ei / et re pugnat aduersus sp̄m, Et nisi ei malū faciat ut affligat̃ & ifirmet̃: nō pōt dicere sp̄us. Cū ifirmor: tūc potēs sum, Huic ergo carni resistēti et repugnāti aduersus sp̄m / si qs iurauerit et ꝑnūciauerit malefacere / ac affligere & macerare eā: q nō fecerit / peccati re⁹ ē i eo q̧ iurauit cruciare se carnē suā et seruituti subiicere: et nō fecit, Eodem autem iuramēto: et spiritui decernit benefacere. In quo enim carni malefacit: spiritui benefacit. Si quis ergo hoc iurauerit et non fecerit: peccati effi= citur reus, Vis autem scire quia nec potest uni hoꝝ benefieri / nisi alii malefeceris: audi etiam dominū dicente, Ego occidam / et uiuere faciam, Quid occidit deus? carnē utiq̧, Et quid uiuere facit? spiritū sine dubio, Et rursum in sequētib⁹ dicit, percutiā / et ego sanabo. Quid percutit? carnē, Quid sanat? spiritū, Quo rursū ista proficiāt: ut fiat mortificatū carne: uiuificatū spiritu, ne forte & tu mēte ser

Margin references (right): 1, Petri, 5. — Actu, 20. — Leuiti, 5. — ps, 118. — Roma, 7 — 2, Cori, 12 — Deute, 32 — 1, Petri, 3.

Roma,7 uias legi dei/carne autē/legi peccati/si mortificata nō fuerit. Si uero istū ordinē
ꝓmiseris et seruare nō quiueris:audi quid legis ordo precipiat. Si peccauerit in-
quit unū aliquid de istis:pronūciet peccatū qđ peccauit. Est aliquod in hoc mira
bile secretū:quod iubet ꝓnūciare peccatū, Etenim cuiussuis generis pronūciāda
sūt/et i publicū ꝓferēda cūcta q̄ gerim⁹. si qđ in occulto gerim⁹/si qđ i sermone
solo/uel etiā intra cogitationū secreta cōmisimus: cūcta necesse est publicari/cū
cta proferri. Proferri autē a nobis/aut ab illo:q et accusator peccati est/et icētor.
Ipse enim nūc nos ut peccem⁹ instigat:ipse etiā cū peccauerim⁹ accusat. Si ergo
preueniamus eum in hac uita/et ipsi nostri accusatores simus:nequitiam diaboli
inimici nostri preuenimus/et accusatores efficimur, Sic enim et alibi ꝓpheta di-
Esaie,43. cit. Dic tu iniquitates tuas prior:ut iustificeris, Nōne euidenter mysteriū de quo
tractamus ostēdit:cū dicit, dic tu prior: ut ostēdat tibi qa preuenire illū debeas:
qui paratus est ad accusandū. Tu ergo inquit dic prior:ne te ille preueniat, Quia
si prior dixeris/et sacrificiū penitentie obtuleris scđm ea q̄ in superiorib⁹ dixim⁹
offerēda:et tradideris carnē tuā in interitū/ut spūs salu⁹ fiat in die dn̄i: dicet̄ &
Luce,16, tibi. Quia recepisti in uita tua mala:nūc uero hic requiesce, Sed & Dauid eodem
ps,31. spū loquit̄ in psalmo/et dicit, Iniquitatē meā notā feci:et peccatū meū nō coope
rui, Dixi pronūciabo aduersum me iniusticiā meā: et tu remisisti ipietatē cordis
mei. Vides ergo quia pronūciare peccatū:remissionē peccati meret̄. Preuēt⁹ eni
diabolus in accusatiōe/ultra nos accusare nō poterit, Et si ipsi/nr̄i accusatores su
mus:ꝓficit nobis ad salutē, Si uero expectem⁹ ut a diabolo accusemur:accusatio
illa cedit nobis ad penā, habet eni socios in gehēna:quos cū uicerit/criminum ha
buit socios, ¶ Multū erit nūc hostiarꝫ diuersitates et sacrificiorꝫ ritus ac uarieta-
tes exequi:et lōge alterius operis/q̄ eius uerbi qđ in cōmuni auditorio uulgus ex-
cipiat. Verū ut aliqua in trāscursu pstrigere uideamur:oīs quidē pene hostia que
offertur/habet aliquid forme & imaginis Christi, In ipsum nāqꝫ oīs hostia recapi
tulat̄/intantū ut postq̄ ipse oblat⁹ est:oēs hostie cessauerit/qa et tunc in typo &
umbra precesserāt, de quib⁹ prout potuim⁹:in superioribus disseruim⁹. ut quō
uitulus a pōtifice oblat⁹ siue i munere siue ꝓ pc̄tō/formā ei⁹ haberet:ostēdimus.
Per adipes uero q offerūt̄ i mūere/operiētes iteriora & renib⁹ coherētes: potest
sācta illa ei⁹ aīa itelligi, Que iteriora qđē/id ē diuinitatis ei⁹ secreta uelabat:reni-
bus aūt hoc ē corporaliū materie q̄ ex nobis caste sūpta fuerat/coherebat, Et me
dia inter diuinitatē carnēqꝫ dn̄i posita:sāctificādā sacris altarib⁹ et diuinis ignib⁹
illustrādā cōseruā secū ad celos naturā carnis iponit. Renūculi aūt ignib⁹ tradi-
ti:qs dubitet q, nullos i Christo fuisse indicēt genitaliū partiū mot⁹: Qꝫ uero de
sanguie hostie septies ante dn̄m sacerdos respgere meorat̄:euidēter spūs septē-
plicis grā sub mysterio designat̄. Quatuor cornua altaris q̄ sanguie linūt̄: Chri
sti passione referri q̄tuor euāgelijs idicāt. Penna iecoris qđ offert̄:in iecore/ira iu
gulat̄. In pēna:uelox & cōcita uis furoris ostēdit̄. Reliqu⁹ aūt sāguis q ad basim
altaris effūdit̄:puto q, illi⁹ gētē formā designet:qa i nouissimis dieb⁹ postq̄ pleni-
tudo gētiū subitrauerit:oīs q relict⁹ fuerit Israel ad ultimū uelut ad basim altaris
Roma,11. posit⁹/effusionē sāguis Christi etiā ipse suscipiet. De agnis uero et hedis/turturi
bus et colūbis et simila cōspsa i oleo/aut in panib⁹ azimis cocta:quātū res pati po-

tuit supradictū est, ¶ Videam⁹ nūc q̄ lex ꝑponit̃ in offerēdis hostiis ꝑ pctō, Et locut⁹ est inquit dn̄s ad Mosem dicēs. Anima siqua ignorauerit et peccauerit nō uolēs a sanctis domini:offeret ꝑ delicto suo domino arietē immaculatū, De oui bus precio argēti siclo sancto/in eo quod deliquit et peccauit a sanctis reddet: & quintas adiiciet ad illud/et dabit illud sacerdoti:et sacerdos exorabit ꝑ eo in arie te delicti/et remittetur ei. In superiorib⁹ legimus:q̄ due minores hostie sacrificus substituebātur. ut ubi dixit offerēdā (uerbi causa) ouē aut hedū:addidit. q̄ si nō sufficiet manus eius ad hedū aut agnū:offerat par turturū aut duos pullos colū= binos, Et iterū, si nec ad hoc sufficiet:offerat similaginē, In hac uero lege ubi de peccato quod in sanctis cōmittitur differit:nullā substitutionē iferioris hostie se= cunde uel tertie subrogauit/sed statuit solū arietē offerendū, nec aliter ostendit solui posse peccatū quod in sancta cōmittitur:nisi arietem iugulauerit. Et nō sim pliciter arietē:sed arietē precio emptū/et certo precio/siclo inquit sancto. Quid igitur si quis pauper fuerit/et non habuerit siclū sanctū unde mercari possit arie tem/peccatum eius non soluetur? Querende sunt ergo unicuiq; diuitie: ut pec= catum eius possit absolui, Verum si dignetur dominus uel oculos nobis ad uiden dū/uel uobis ad audiendū aures cordis aperire:quid sibi uelit legislatoris sensus opertus mysteriis/requiremus, ¶ Et primo quidē uideamus hoc ipsū quod reci= tatū est secūdū litterā:quale sit, Videtur plane de iis dicere:in quorū manib⁹ san cta cōmissa sunt/id est que in domini donis oblata sunt, Verbi grā, Vota & mu= nera que in ecclesiis dei ad usum sanctorū et ministeriū sacerdotū/uel que ob ne cessitatē pauperū a deuotis et religiosis mētibus offerunt̃, De his si qualibet pre= sumptione subtraxerit quis:decernit lex ut si rememoratus fuerit peccasse se/ & spōte compunctionē cordis acceperit (de eo eni qui non sponte compūgitur sed alio arguēte cōuincitur:difficilius remediū est) hic ergo qui spōte recordatus fue rit peccatū suū:reddet inquit illud ipsum qd subtraxerat/et addet ad illud quin= tas/et offeret arietē pro peccato/siclo sancto. Quod dicit/addet ad illud quītas: simpliciores/quintas estimāt ita dictū. ut uerbi causa, si quinq; nummi subtracti sunt:unus addat̃, ut pro quinq;/sex reddere iubeat̃, Sed qui in disciplina nume rorū peritiā gerūt:lōge aliter istius uocabuli numerū supputāt, Nam et in greco nō habet πεμπτον quod simpliciter quintas facit:sed habet ἐπὶ πεμπτον quod nos quidē possum⁹ dicere:sup quītas, nisi diceret̃ istud specialis cuiusdā numeri apd illos esse uocabulū:quo indiceret ꝑ quīq;/alios quīq; dandos & unū sup. ut uerbi gratia intelligat̃ qui furatus sit quīq; nūmos: ipsos quidē quīq; restituere debere uno supaddito, Nec tamē cōtinuo hec ꝑ furtis aut fraudib⁹ solū intelligēda sūt, sed q̄ etiā si quis pro usibus necessariis sibi de sanctis pecuniā sumpsit/et moras at tulit in restituēdo:huiusmodi lege cōstringit̃, q̄ lex etiā scd̄m litterā edificare de= bet audiētes, Valde enim utilis et necessaria est obseruatio iis precipue qui eccle= siasticis dispensationibus presunt:ut sciāt sibi ab iis que in usu sanctorum oblata sunt cautius et diligentius obseruandum. Sed & nos quibus ista forte nō accidūt: uideamus qua ex parte sermo legis edificet, Et ego hodie licet peccator sim / ta= men quia dispensatio mihi uerbi dominici credita est:sancta dei uideor habere

Leuiti,5,

cõmiſſa, Neq; nunc primum / ſed ſepe iam et olim: diſpẽſatione hac erga uos uti mur, Si quis ergo ex uobis ſuſcepit a me dñicam pecuniã / & ut fieri ſolet egreſſ9 eccleſiam et diuerſis occupationibus ſeculi raptus: obliuioni que audierat dedit / nec opus aliquod ex uerbo quod ſuſcepit impleuit: iſte eſt qui pecuniã de ſanctis ſuſceptã nõ reddidit, Vnde uel his auditis in memoriã reuocet: q, ea que fuerant dudum ſibi i uerbo dei commiſſa neglexit, Reddat ergo et hoc quod accepit: & addat ad quintas / eo modo quo ante iam diximus, id eſt ut bis quinq; ſint: et un9 ſuperaddatur. Videamus ergo quomodo quinq; iſti reddantur, Quinq; numerus: frequenter immo pene ſemper / pro quinq; ſenſibus accipitur. Scire ergo debemus: hoc modo iſtos quiq; ſanctis poſſe reſtitui, ut ſi forte preſumpſimus abuti eis in ſecularibus actibus / et impẽdimus uſum eorum in iis que nõ ſcdm deum geſſimus: reſtituamus nunc ipſos quinq; ſanctis actib9 religioſiſq; miniſteriis / & alios eis quinq; addamus: qui ſunt interioris hominis ſenſus. per quos uel mundi corde effecti: dominum uidemus, uel aures habemus ad audienda ea: que docet
2, Cori, 2. Iheſus, uel odorem capimus illum quem dicit apoſtolus: quia Chriſti bonus odor
pſ, 33, ſumus, uel etiam guſtum ſumimus illum de quo dicit propheta: guſtate et uide=
1. Ioan, 1, te quoniam ſuauis eſt dominus, uel tactũ illum quem dicit Ioãnes: quia oculis noſtris inſpeximus / et manus noſtre palpauerunt de uerbo uite, His autem omnibus unum ſuperaddimus: ut ad unum deum hec cũcta feramus. Et hec quidẽ de reſtituendis iis que qualibet culpa ex ſanctis ablata fuerãt: dicta ſint. ¶ Quid uero dicemus de ſacrificio arietis precio empti / et precio ſicli ſancti: qui pro peccati expiatione iubetur offerri? diues futurus eſt: qui precio arietis poſſit delicta purgare. Que ſunt iſte diuitie: requiramus, Docet nos ſapientiſſimus Salomõ dicẽs,
Prouer, 13 Redemptio anime uiri: proprie diuitie eius, Audis uerba ſapientie: quomodo neceſſarius cum proprietatibus uim uniuſcuiuſq; ſermonis enunciat. Diuitias dicit aptas ad anime redemptionem / et diuitias nõ alienas neq; cõmunes: ſed diuitias proprias / per quod oſtendit eſſe quaſdam diuitias proprias, Sed hoc euidentius
Luce, 16, dominus in euangeliis declarauit: cũ dicit, Q; ſi in alieno fideles nõ fuiſtis: quod ueſtrũ eſt qs dabit uobis? oſtendens preſentis ſeculi diuitias nõ eſſe nr̃as ꝓprias: ſed alienas, Trãſeũt eñi / et ſicut umbra pretereũt. Proprie uero ſunt ille diuitie:
zacha. 14 de quib9 ꝓpheta dicit. Et ad te cõgregabo diuitias gẽtiũ. Ex his fortaſſe diuitiis
Gene, 13, et Abrahã diues fact9 eſt ualde: in auro et argẽto et pecorib9 / atq; oĩ ſupellectili, Vis tibi oſtendã ex quib9 theſauris deſcendãt iſte diuitie: audi apoſtolũ dicẽtem
Coloſſ. 2. de domino Iheſu Chriſto. In quo ſunt omnes theſauri ſapientie et ſcientie abſcõ
Math, 13, diti. Et in euangeliis dominus dicit. Quia ſcriba diues ꝓfert de theſauris ſuis no=
1, Cori, 1, ua et uetera, De his et apoſtolus Paulus dicit, Quia in omnibus diuites facti eſtis in illo: in omni uerbo et in omni ſcientia. Ex his ergo diuitiis q̃ de theſauris ſapien tie et ſciẽtie ꝓferũtur: mercãdus nobis eſt aries iſte qui offerri debeat ꝓ peccatis illis ſcilicet que in ſancta cõmiſſa ſunt / et ſicli ſancti annumeratione mercãdus, Iam ſuperius dixim9: q, omnis hoſtia typũ ferat & imaginẽ Chriſti, multo magis
Gene, 22, aries: qui et pro Iſaac quidem a deo ſubſtitutus eſt immolandus, Sic igitur ſancto cõparãdus nobis eſt Chriſt9: qui peccata nr̃a diſſoluat, Sicl9 ſanct9: fidei nr̃e

formā tenet, Si enim fidem obtuleris/ tanq̄ precium a Christo uelut arietem immaculatum in hostiam dato: remissionem accipies peccatorum, Setio plane q̄ in explanando: uires nostras mysteriorū superat magnitudo. sed quāuis nō ualeamus cūcta disserere: tamē sentim⁹ cūcta repleta esse mysteriis, Et ideo studiosis quibusq; indicia posuisse sufficiat: quibus excitati ad altiora horū & ꝓfundiora perueniāt/ et intelligāt ex quibus uitulus queraꝰ in hostiā/ ex quibus ouib⁹ aries prouidēdus sit. Habeo eni (inquit Ihesus) et alias oues: q̄ non sunt de hoc ouili, Et illas oportet me adducere: ut fiat et unus pastor & un⁹ grex, Sciāt etiā ubi turtures/ ubi colūbe requirende sunt. Oculi inquit colūbe: super plenitudines aquarū. Ad aquarū ergo plenitudines properādū est: et in his eni spōse describiꝰ pulchritudo. Et collū inquit tuū sicut turturis, In colūbis oculi predicātur. Q̄ꝫ eni dixit colūbe super plenitudines aquarum/ ferūt hoc genus auis cū ad aquas uenerit/ quia ibi solet accipitris insidias pati: ueniente desuper inimicū uolitātis umbra in aquis inspecta deprehēdere/ et oculorū perspicacia fraudē periculi iminētis euadere, Q̄ꝫ & si tu ita prospicere potueris isidias diaboli et cauere: sacrificiū deo colūmbas obtuleris. Sed et quibus talia cure sunt: illud etiam requirāt/ ex quibus eis agris simila debet offerri, Ego arbitror q̄ ex illius terre segetib⁹: q̄ facit aliud centesimū/ aliud sexagesimū/ aliud trigesimū fructū, Requirāt etiā nisi plusq̄ debet curiosum uidetur: quib⁹ molentibus simila ista ad sacrificia preparetur. Nec eos lateat duas esse que molūt: quarū una assumiꝰ/ et alia relinquitur, Ex illius ergo mola que assumēda est: similā oportebit offerre, Sed et siclus sanctus qui ad arietis preciū necessarius dicitur: uide unde et quomō perquirendus sit, Siclus/ pecunie dominice nomē est: et in multis scripturarū locis diuersis appellationū noib⁹ pecunia dn̄ica memoraꝰ, Sed quedā proba: quedā uero reproba dicitur, Proba erat illa pecunia: quā paterfamilias peregre profectur⁹ uocatis seruis dedit/ unicuiq; secundū uirtute suā, Proba erat et illa pecunia que denarius nominaꝰ: qui cū mercenariis pactus est/ et a nouissimis datus est usq; ad primos, Scire ergo te oportet: quia est et alia pecunia reproba, Audi prophetā dicentē, Argētū reprobū uestrū, Est ergo quedā pecunia proba: quedā uero reproba, Propterea apostolus uelut ad probabiles trapezitas/ probantes inquit oia: quod bonum est obtinētes. Solus eni est dn̄s noster Ihesus Christ⁹/ qui te huiusmodi artē possit edocere: per quā scias discernere/ que sit pecunia que ueri regis imaginē tenet: que uero sit adulterina/ et ut uulgo dicitur/ extra monetā formata. que nomē quidē habeat regis: ueritatē autē regie figure nō teneat. Multi nāq; sunt qui nomen Christi habent: sed ueritatē nō habent Christi, Et propter hos dicit Paul⁹, Oportet eni hereses esse: ut probati manifesti fiant inter uos. Idcirco igiꝰ et in presenti lectione legislator omnino ad mysticū et spiritalē respiciens sensū: addidit/ ut aries iste q̄ ob hoc cōparaꝰ ut peccatū possit absoluere: nō qualicūq; siclo hoc ē non qualicūq; pecunia/ sed siclo sancto cōpareꝰ, Q̄ꝫ si nō respiciebat ad mysteriū: qd rationis eē uidebaꝰ ut aries empt⁹ offerreꝰ ad hostiā/ & ꝓ certo p̄cio nō sufficit nomē pecunie siclo noiasse: sed addidit/ et siclo s̄cto: Quid si haberet aliqs in gregibus suis arietes optimos: et diuinis sacrificiis dignos: Aut qd si aliqs ita paup ē: ut

Ioan. 10. Cātico. 5. Cātico. 1. Math. 13. Math. 24. Math. 25. Math. 20 Esaie. 1. 1. Thess. 5 1. Cori. 11.

siclū sanctū habere nō possit. Hec est legislatoris moderatio/ut nisi quis habeat certū pecunie modū:peccatū eius nō possit absolui, Quod apte scdm litterā absurdū:secundū spiritalē uero intelligentiā certū est/q, remissionē peccatoꝝ nullus accipiet:nisi detulerit integrā/probā & sanctā fidē/p quā mercari possit arietem,cuius natura hec est:ut peccata credētis abstergat. Et hic est siclus sanctus/probata(ut diximꝰ)et syncera fides:id est ubi nullus pfidie dolus/ nulla heretice calliditatis peruersitas admiscetur,ut synceram fidem offerentes:precioso Christi sanguine tanq̄ immaculate hostie diluamur, Cum quo est deo patri oīpotenti et cum spiritu sancto gloria et imperium in secula seculorum. Amen,

¶ Tertii libri Cyrilli in Leuiticum:finis.

¶ Eiusdem Liber quartus.

S I secūdū diuine legis fidē/hec que legūtur nobis/dn̄s locutus est ad Mosem:puto q, tāta dei uerba nō debeāt scdm incapacitatē audiētiū sed secundū maiestatē loquētis intelligi. Dn̄s inquit locutus est. Quid est dn̄s?
2,Cori,3, apostolus tibi respōdeat/et ab ipso disce:quia dn̄s spiritus est, Qz si tibi apostoli
Ioan,4, li sermo nō sufficit:audi ipsum dn̄m in euāgeliis dicētē.quia deꝰ spūs est. Si ergo dn̄s et deus/spūs est:q̄ spiritus loquitur/spiritaliter debemus audire, Ego adhuc et amplius dico/quia que dn̄s loquitur:nō spiritalia tantū / sed et spiritus esse credenda sunt. Nō de meo sensu hec:sed de euāgeliis approbabo. Audi dn̄m & sal
Ioan,6. uatorē nostrū:ad discipulos suos dicētē, Verba que locutus sum uobis:spūs & uita sūt, Si ergo ipsius saluatoris uoce discimꝰ/quia uerba que locutꝰ est apostolis/spiritus et uita sūt:nequaq̄ dubitare debemus q, etiā que per Mosen locutus est/spiritꝰ et uita credēda sunt. ¶ Sed uideamꝰ que sunt de quibus nūc prout possumus:aliqua dicere debeamus, Et locutus est inquit dn̄s ad Mosem dicēs. Anima
Leuiti,6. quecūqꝫ peccauerit et preterierit precepta dn̄i/& mentiat̄ proximo suo pro deposito/aut societate/aut rapina:aut nocuit aliquid ꝓximo suo/aut inuenit perditionē et mētiatur de ea/et iurauerit inique de uno ab oībus quecūqꝫ fecerit homo uti peccet in his,et erit cū peccauerit et deliquerit: et reddet rapinā quam rapuit/aut iniuriā quā nocuit/aut depositū quod cōmendatū est ei/aut perditionē quā inuenit, Ab omni re pro qua iurauit iniuste:et restituet ipsum caput/et quītas insup augebit,et cuiꝰ est:ei reddet qua die cōuictus fuerit, ¶ Hucusqꝫ interi peccati species exponūtur:postea uero purgatio eius per hostias imperatur. Si q infirmi sunt et incapaces profundioris mysterii: edificentur ex littera,et hi sciāt qa si qs preteriēs ꝑterierit precepta dn̄i/& mētitꝰ fuerit ꝓximo sup deposito aut societate/aut rapina:peccati ingētis statuit̄ reus. Sed absit hoc ab eccl̄ia/ut ego credā eē aliquē in ea & ut sctōꝝ qs tā ifeliciter agat:ut depositū ꝓximi sui neget aut societate fraude cōtaminet/aut uel ipe aliena diripiat/aut ab aliis rapta suscipiat:et p his si ab eo reqrat̄/cōtra cōsciētiā iuret. Absit inq̄:ut hec ego de aliquo
Ephe,4, fideliū sentiā. Cōfidēter enim dico de uobis:qa uos nō ita didicistis Christū/neqꝫ ita edocti estis,sed neqꝫ lex ipsa:hec sanctis & fidelibus ꝑcepit, Vis scire qa nō ad
1,Timo,1. sctōs & iustos ista dicat̄:audi aplm distiguētē. Iusto iq̄t lex nō ē posita:sed iiustis et non subditis/scelestis/et contaminatis/ patricidis/matricidis et horū similibꝰ,

Quia ergo huiusmodi hominibus apostolus legē dedit impositā ecclesie dei/quā absit in huiusmodi facinoribus maculari:relicta aliis littera/sanctus edificef a spiritu, Videam⁹ itaq; nos:quod est depositū quod fideliū unusquisq; suscepit. Ego puto q ipsam animā nostrā et corp⁹:depositū accipiam⁹ a deo, Et uis uidere ma ius aliud depositū:quod accepisti a deo? Ipsi anime tue deus imaginē suā & similitudinē cōmendauit, Istud ergo depositū tā integre tibi restituendū est:q a te cō stat esse susceptū, Si eni sis misericors/sicut et pater tu⁹ in celis misericors est:ima go dei in te est/et integrū depositū seruas, Si perfect⁹ es/sicut et pater tuus in celis perfect⁹ est:imaginis dei in te depositū manet/similiter et cetera omnia ipsi⁹, si iustus/si sanctus/si mūdo corde/et oīa que in dño presto sunt per naturā/si tibi per imitationem subsistant:depositū apud te diuine imaginis saluū est. Si uero econtrario agas/et pro misericorde crudelis/pro pio impius/pro benigno uiolētus/pro quieto turbulētus/ꝑ liberatore raptor existas:abiecta imagine dei/diaboli in te imaginē suscepisti/et bonū depositū tibi diuinitus cōmendatū abnegasti, An nō hoc erat:quod sub mysterio apostolus electo discipulo Timotheo mandabat dicēs, O Timothee/bonū depositū custodi? Ego etiā illud addo/q et Christū dominū depositū suscepimus:et spm̄ sanctū depositū habemus, Videndū ergo nobis est:ne hoc sancto deposito non sancte utamur/et cum nos in cōsensum sui peccata solicitant: iuremus nos nō suscepisse depositū, Quod utiq; si habeamus in nobis:peccato consentire nō possumus, Sed et ipse sensus rationabilis qui in me est:cōmendatus mihi est ut ego utar ad intelligentiā diuinorū mysterioꝝ, Memoria/iudiciū/ratio/et oēs qui intra me sunt motus:commendata mihi uidētur a deo/ut eis utar in iis que precepit lex diuina, Si uero ad malas artes solers & perspicax uertatur ingeniū/et rebus dei abutamur in iis q non uult deus:hoc est abiurare depositū/& beneficia uertere in perfidiā, ¶ Videamus nunc quid etiā societas intelligēda sit, Putas est aliquis qui secundū litterā cōmoneri debeat: ne forte in ratione pecunie uel qualibet alia specie societatis/sociū fraude decipiat? ultime miserie est illa anima:in quā cadere adhuc fraudis hoc genus potest, Verūtamē qm̄ multa est in hoīe fragilitas:etiā de his cōmoneam⁹/quia nec apostolum piguit ista mandare, Dicit eni, Neq; circūscribat in negocio fratrē suū:quoniā uidex est de his omnibus deus, Nūc uero requiramus: que sit etiā societas spiritus, Audi de his ipsis uerbis apostolū dicētē, Si quod solaciū charitatis/si qua societas spiritus/si qua uiscera miserationis:implete gaudiū meū, uide:societatis legē quō intellexit apostolus Paulus. Audi et Ioannē:quomodo uno eodēq; spiritu proloquaf. Et societatē inquit habem⁹ cū patre/et cū filio eius Ihesu Christo, Et iterū Petr⁹ dicit, Cōsortes inquit facti estis diuinē nature:qd est socii. Et iterū dicit apostolus Paul⁹, Que eni societas luci ad tenebras? Qz si luci ad tenebras societas nulla ē:potest ergo societatē lux habere cū luce. Igif si nobis cū pr̄e & filio et spū scto societas data ē:uidēdū nobis ē ne sactā istā diuināq; societatē peccādo abnegem⁹, Si eni agam⁹ opa tenebraꝝ:certū ē qa societatē negauim⁹ lucis, Sed et sactoꝝ socios nos dicit apostol⁹, Nec mirū. Si eni cū pr̄e & filio dicif nobis esse societas:quō nō & cū sāctis/nō solū q in terra sūt sed & q i celis? Quia & Christ⁹

Marginal notes: Luce, 6. — Math. 5. — 2, timo, 1. — 1, thess, 4 — Philip, 2. — 1. Ioan. 1. — 2, Petri, 1. — 2, Cori, 6 — Ephe, 2. — 1, Cori, 1.

superest ut differentiã illam dicamus/q, ibi posuit precium sicli sancti:hic tantũmõ preciũ dixit/nec quãtitatẽ pcii nec nome pecunie designauit. In superiorib⁹ enim ubi pro peccato quod in sancta commissum fuerat/lex mandabat:siclum sanctũ diximus nominatũ/et siclum nomẽ esse pecunie.ut alibi obolus/alibi dragma/alibi mna/uel talentum uel minutum/es uel denarius dicitur, Hic ergo nihil horum nominatur:sed tantum precio offerendus aries dicitur, Interest sane peccare in sanctis:et peccare extra sancta, Vis et alibi uidere hanc ipsam distinctionem:audi quomõ in regnorum libris dicit Heli sacerdos ad filios suos, Si peccauerit quis in hominẽ:exorabit pro eo sacerdos.Si autem in deũ peccauerit:quis orabit pro eo? Similiter et Ioannes apostolus dicit, Est peccatum ad mortem:non pro illo dico ut oretur.Quia ergo diuersitas peccatorũ est: discere ex spiritali lege debem⁹ in quibus peccatis tantũmodo emendus sit aries/ in quibus uero siclo sancto mercandus.qui etiam sint isti qui uendant arietes: requiramus, Ego arbitror ipsos esse istos qui arietes ad sacrificium distrahunt: qui sunt et illi qui oleum ad lampades uirginũ uendunt. De quibus dicebant ille prudentes stultis uirginibus,Ite ad uendentes et emite uobis. Qui ergo alii uendent uel oleum luminib⁹ uel arietes sacrificiis: nisi prophete sancti et apostoli? qui mihi cũ peccauero ostendunt et consilium dant:quomodo debeam corrigere errores meos et emẽdare peccata,Vendit mihi Esaias arietem ad sacrificãdum pro peccato:cum mihi dicit tanq̃ ex dei persona,Holocausta arietum/et adipem agnorum/et sanguinem taurorum et hircorum nolo,Et paulo post subiungit, Auferte nequitias ab animis uestris et a conspectu oculorum uestrorum, discite bonum facere. Eripite iniuriam accipientem/iudicate pupillo et iustificate uiduam/et uenite disputemus:dicit dominus, Et si fuerint peccata uestra ut fenicium:ut niuem dealbabo. si autem ut coccinũ:ut lanam cãdidam efficiam. Vendit mihi arietem et Daniel:cum dicit,Quia non est locus ad sacrificandũ in conspectu tuo/ut possimus inuenire misericordiam:sed in anima contribulata et spiritu humilitatis suscipiamur.uel ut in multitudine agnorum pinguium:sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie,Vendit nobis et arietem sacrificii Dauid:cum dicit,Sacrificium domino spiritus contribulatus:cor contritum et humiliatum deus non spernet.Cum ergo singuli prophetarum uel etiam apostolorum consilium iis qui delinquunt dederint/quo possint corrigere uel emẽdare peccatum:merito his uendidisse arietes ad sacrificium uidebuntur,Quid autem precii a comparantib⁹ sumant:illud opinor legendi studium/uigilias audiendi uerba dei:et super omnia dignissimũ precium obedientiam puto/de qua dicit dominus. Obedientiã malo q̃ sacrificium:et dictorum audiẽtiam magis q̃ holocausta, ¶Post hec subsequit⁹ Et locutus est inquit dominus ad Mosem dicens:precipe Aaron et filiis eius dicẽs. hec est lex holocausti.hoc holocaustum in concrematiõe sua erit super altare tota nocte usq; in mane:et ignis altaris ardebit super illud nec extiguetur/et induet se sacerdos tunicam lineam et campestre lineum induet circa corpus suum/et auferet hostiam quam consumpserit ignis holocaustum de altari, Et ponet illud secus altare/et dispoliabit se stola sua et induetur stola alia:et eiiciet hostiam

1,Regũ,2
1,Ioan,5,
Math,25.
Esaie,1,
Danie.3,
Psal,50.
1,Regum.15.
Leui,6,

que cremata est extra castra in locū mundum / et ignis super altare ardebit nec
extinguetur. Et comburet super illud sacerdos ligna mane / et cōstipabit in illud
holocaustum:et imponet super illud adipem salutaris / et ignis semper ardebit su
per altare nec extinguetur , ❡ Audis semper debere esse ignem super altare,et
Esaie. 61, tu si uis esse sacerdos dei:sicut scriptū est / omnes enim uos:sacerdotes domini eri
1.Petri,2, tis,et ad te enim dicitur,Gens sancta sacerdotum / populus in acquisitionem . Si
ergo sacerdotiū uis agere anime tue:nūq̄ recedat ignis de altari tuo,hoc ē quod
Luce,12. dominus in euangeliis precepit,ut sint lumbi uestri accincti:et lucerne uestre ar=
dentes,Semper ergo ignis fidei et lucerna scientie accensa sit. Sed et quod dixit /
lumbi uestri / domin⁹ in euangelio:hoc quidem est quod nūc legislator precipit /
ut cāpestri lineo precigatur sacerdos: et ita ueteri cinere deposito innouet sacros
2,Cori,5 ignes,Oportet eni etiam nos dicere. Ecce uetera transierunt:& facta sunt omnia
noua ,Campestri enim lineo cingitur / uel sicut alibi dicitur / femoralibus utitur:
qui luxuriam fluxe libidinis cingulo restrinxerit castitatis, Ante omnia enim sa=
cerdos qui diuinis assistit altaribus:castitate debet accingi,Nec aliter purgare ue
tera & instaurare poterit noua:nisi lineis induatur, De lineis sepe iam dictū est /
et tunc maxime:cum de indumētis sacerdotalibus dicebamus / q̄ species ista for
mam teneat castitatis: quia origo lini ita e terra editur / ut ex nulla admixtiōe cō
cepta sit , ❡ Obseruādū tamen est q̄ alus indumentis sacerdos utitur dum est in
sacrificiorum ministerio:et aliis cum procedit ad populum ,Hoc faciebat & Pau=
lus:scientissimus pontificum / et peritissimus sacerdotum , Qui cum esset in cetu
perfectorum / tanq̄ intra sancta sanctorum positus et stola perfectionis indutus /
1,Cori,2, dicebat,Sapientiam loquimur inter perfectos,Sapientiam autem non huius mū
di / neq; principum huius mundi qui destruūtur, sed loquimur dei sapientiam in
mysterio absconditō:quam nemo pricipum huius mundi cognouit,Si enim co=
gnouissent:nunq̄ dominū maiestatis crucifixissent,Sed post hec tanq̄ ad popu=
Ibidem lum exiens mutat stolam:et alia induitur longe inferiore q̄ illa, Et quid dicit? Ni=
chil inquit aliud iudicaui me scire inter uos:nisi Ihesum Christum / et hunc cruci
fixum,Vides ergo istum doctissimum sacerdotem quomodo indutus cum esset
inter perfectos / uelut in sancta sanctorum:alia utitur stola doctrine , Cum uero
exit ad eos qui incapaces sunt: mutat stolam uerbi et inferiora docet, Et alios la=
cte potat ut paruulos:alios oleribus nutrit ut infirmos / aliis uero fortes preparat
cibos . his scilicet qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus ad bo=
Hebre,5. ni uel mali discretionem,Sic sciebat Paulus mutare stolas / et alia uti ad populū:
alia in ministerio sanctorum,Ipse autem pontificum pontifex et sacerdotum sa=
cerdos dominus et saluator noster / de quo dicit apostolus quia pontifex sit futu=
Hebre.9. rorum bonorum:audi quomodo primus hec fecerit / et ita discipulis suis hec imi=
tanda reliquerit. Euangelium refert de eo et dicit / quia in parabolis loquebatur
Math.13, ad turbas et sine parabolis non loquebatur eis: seorsum autem soluebat eas disci
pulis suis,Vides quomodo ipse docuit aliis indumentis uti debere pontificem / cū
procedit ad turbas:aliis / cum eruditis et perfectis ministrat in sanctis. Vnde optā
dum nobis est et agēdum / ne tales nos inueniat Ihesus ita imparatos et ita secu=

li solicitudinibꝰ alligatos:ut cum turbis loquatur nobis in parabolis / ut uidentes non uideamus et audientes non audiamus, Sed potius inter eos inueniri merea= mur:ad quos dicit. Vobis datum est nosse mysteria regni dei. ¶ post hoc. hec est inquit lex sacrificii quod offerent filii Aaron sacerdotis ante altare coram domi= Luce, 8.
no, Auferet ab eo plenam manum de similagine sacrificii cum oleo eius / et cum Leuiti, 6.
omni thure eius que sunt ad sacrificium / et imponet super altare hostiam suaui= tatis:memoriale eiꝰ domino, Quod autem superfuerit ex ea:manducabit Aaron et filii eius. Azima edetur in loco sancto:et in atrio tabernaculi testimonii mandu cabunt ea. Non coquet̃ fermētata. partem illis hanc dedi ab hostiis domini, sācta sanctorum sunt:sicut pro peccato et pro delicto. omnes masculi sacerdotū edent eam, legitimum eternum in progenies uestras ab hostiis domini. Omnis qui teti= gerit ea:sanctificabitur. ¶ In his que preposita sunt mos quidem sacrificandi sa= cerdotibus datur et obseruantie:quibus colitur deus. ut uel purificari populus ui deretur:uel etiam in necessariis uictus causa consuleretur sacerdotibus et mini= stris, Offerende enim simile in sacrificio mēsura posita est:que decima pars ephi appellatur, huic oleum superfunditur et thus superponitur, Sed cum ad alta= re peruenerit sacerdos (inquit) plenam manum ex ea sumet:et ita intra plenitudi nē manus cōcludat et oleū quod infusum est / et thus quod superpositū est. ut sit hoc libamen et sacrificium deo:in odorem suauitatis. Cetera inquit maneāt sacer dotibus ad edendum, Sed edenda ea tradidit lex in loco sancto / in atrio taber= naculi:ita ut nichil fermentetur ex eis, hanc enim inquit dedi partē sacerdotibꝰ: et hec sunt sancta sanctorum. Sed et illud obseruari uoluit ut soli masculi edant ex ea: femina nulla cōtingat. Addidit hoc ut qui tetigerit ea:sanctificetur. ¶ Sed si uelim nunc ab eis qui in manifesto Iudei sunt requirere de singulis:qua ratione illud hoc modo dictum sit / aut illud alio modo / absoluta nobis responsione satis= facient dicentes, ita uisum est legem danti, nemo discutit dominū suum, At eos ita dicentes in ceteris:de hoc nouissimo sermone requiramus / ut dicant quomo= do omnis qui tetigerit ex sacrificio sanctorum:sanctificet̃, Si homicida tetigerit / si prophanus / si adulter / si incestus:sanctificatꝰ erit? Non enim excepit aliquem:
" sed dixit, Omnis qui tetigerit ex ea:sanctificabit̃, Ponamus enim quia etiam nūc
" integer sit status illius templi / offerātur hostie / sacrificia consumētur, Ingressus est aliquis templum scelestꝰ / iniquus / impurꝰ, īuenit carnes ex sacrificiis proposi tas / tetigit eas:an sanctificatꝰ continuo pronunciabitur? Enimuero nullo modo uel rei natura uel ueritas religionis hoc recipit, Et ideo redeundū nobis est ad ex= positiones euāgelicas atq; apostolicas:ut lex possit intelligi. Nisi enim uelamē ab= stulerit euāgelium de facie Mosi:non potest uideri uultus eius / nec sensus eius po test intelligi, Vide ergo quomodo in ecclesia apostolorū discipuli assunt iis que Moses scripsit:et defendunt ea q, et impleri queant / et rationabiliter scripta sint. Iudeorum uero doctores et impossibilia hec et irrationabilia sequentes:litteram faciant, Igitur sacrificium ꝓpter quod hec oīa sacrificia in typo et figura preces serant:unum et perfectum / immolatus est Christus, huius sacrificii carnē si quis tetigerit:continuo sanctificabitur si immundus est / sanabitur si in plaga est, Sic

Math.9. deniq; intellexit illa de qua paulo ante memoraui / que profluuium sanguinis pa
tiebat: quia ipse esset caro sacrificii et caro sancta sanctorũ. quia uero intellexit q̃
esset caro sancta sanctorum: idcirco accessit et ipsa. Ipsam quidem carnem san=
ctam contingere non audet: nondum enim mundata fuerat / neq; que perfecta
sunt apprehenderat, sed fimbriam tetigit uestimenti quo sancta caro tegebat,
Et fideli tactu uirtutẽ elicuit ex carne: que se ab immunditia sanctificaret / et pla=
gam quam patiebatur sanaret, Non tibi uidentur isto magis ordine uerba stare
„ posse: quibus per Mosem dicit: Omnis qui tetigerit ex carnibus sanctis: sanctifi=
„ cabitur, Has eni carnes quas nos exposuimus / tetigerunt omnes: qui ex gentib⁹
Titum.3. crediderunt. has tetigit ille qui dicebat, Fuimus enim et nos stulti aliquãdo et in=
creduli / errantes / seruientes desideriis et uoluptatib⁹ uariis / in malicia et inuidia
agẽtes / odibiles / odientes inuicem, Sed cum benignitas et humanitas illuxit salua
toris nostri dei: saluos nos fecit per lauacrum regenerationis et renouationis spiri
1.Cori.6 tus sancti, Et alibi dicit, Et hec inquit fuistis: sed sanctificati estis et iustificati in no
mine domini nostri Ihesu Christi / et spiritu dei nostri, Si enim quis ut diximus tã
gat quidem carnẽ Ihesu eo modo quo superius exposuimus / totaq; fide ac om=
ni obedientia accedat ad Ihesum tanq̃ ad uerbum carnem factum: iste tetigit car
nem sacrificii et sanctificatus est. Tangit autem carnes uerbi et ille: de quo dicit
Hebre.5 apostol⁹, Perfectorum autem est cibus solidus: eorum qui pro possibilitate sumẽ
di exercitatos habent sensus / ad discretionem boni ac mali. Tãgit ergo et ille car=
nem uerbi dei: qui iteriora eius discutit / et occulta potest explanare mysteria. Et
nos si habuerimus talem intellectum ut possimus singula que scribuntur in lege
spiritali interpretatione discernere / et obtectum uniuscuiusq; sermonis sacramẽ
tum in lucem scientie subtilioris educere: si ita docere possum⁹ ecclesiam / ut nihil
ex iis que electa sunt remaneret ambiguum / nihil relinqueretur obscurum: for=
tassis et de nobis dici poterit quia tetigim⁹ carnes sanctas uerbi dei / et sanctifica
„ ti sumus. Si autem accipio et illud quod dictum est / quia omnes masculi ex sacer=
„ dotibus edent ea / nulla enim femina: nec remissa et dissoluta anima poterit ede=
re carnes sanctas uerbi dei / mascul⁹ queritur qui eas edat. Masculi quippe sunt:
qui perducuntur ad numerum, nusq̃ femina / nusq̃ paruuli numerantur, Vnde
1.Cori.13 et apostolus dicebat, Cum autem factus sum uir: deposui que erant paruuli. Ta=
lis ergo iste masculus et talis uir queritur: qui carnes sanctas possit comedere. et
„ comedere quidem non in quocunq; loco: sed in loco sancto / in atrio tabernaculi.
Audiant hec qui scindũt ecclesias / ac peregrinas ac prauas inducẽtes doctrinas:
putant se sacras carnes extra templum dei et extra aulam dominicam posse co=
medere, Profana sunt eorum sacrificia: que contra mandati legem geruntur. nã
in loco sancto edi iubentur: intra atria tabernaculi, At uero atria tabernaculi te=
stimonii sunt: que fidei murus ambit / spei columne suspendunt / charitatis ampli
tudo dilatat, Vbi hec non sunt: carnes sancte nec haberi possunt nec comedi. Be=
ne aũt / q, et ea que ex sacrificio similaginis offerũtur: plena manu cum oleo offe
runtur et thure / in odorem suauitatis domino, Istum autem locum breuiter ex=
Philip.4. planauit apostolus Paulus ad Philippenses dicens. Repletus sũ accipiens ab Epa=

phrodito ea que nobis missa sunt in odorem suauitatis:hostiam acceptā/ placentem deo, In quo ostendit:q̄, misericordia quidem erga pauperes oleum infundit in sacrificio dei. Ministerium uero quod sanctis defertur : suauitatem thuris imponit, Sed hoc plena manu fieri debere precipitur, Sic enim idem apostolus dicit, 2, Cori, 9
quia q parce seminat:parce et metet. Qui autē seminat in benedictione:de benedictione et metet. Est tamē aliquid in ipso sacrificio quod memoriale appellatur: quod offerri domino dicitur. Ego si possem die ac nocte in lege domini meditari/ et omnes scripturas memoria retinere:memoriale sacrificii mei domino obtulissem, Certe si non omnia possumus:saltem ea que nunc docent in ecclesia/que recitantur:memorie cōmendemus.ut exeuntes de ecclesia/et agentes opera misericordie/et implētes diuina precepta: sacrificium cū thure et oleo offeram9 in memoriam domini. Ex his ergo edocemini : ut que auditis in ecclesia / tanq̄ munda animalia uelut ruminantes ea /reuocetis ad memoriam:et cum corde uestro que dicta sunt conferatis, Q̄ꝫ si aliqua memorie superfuerint /et intellectum uestrū superauerint:facite quod presentis mādati authoritas precipit dicens, Quod aūt
„ superfuerit ex his:manducabit Aaron et filii eius, Si quid superauerit et excesse=
„ rit intellectum tuum uel memoriam tuam:serua Aaron/ hoc est reserua sacerdoti/reserua doctori:ut ipse hec manducet/ipse discutiat/ipse exponat. Sicut et alibi idem Moses dicit, interroga patres tuos et annūciabunt tibi: presbyteros tuos Deute, 32
et dicent tibi, Ipsi enim sciunt quomodo hec azima debeat manducari: et in azimis sinceritatis et ueritatis exponi, ℂ Additur in sequētib9. Et locutus est ad Mo Leui. 6.
sem dicens, Hoc mun9 Aaron et filiorum eius; quod offerent domino in die qua unxeris eum, Decimam partem Ephi similaginis in sacrificio semper : dimidium eius mane / et dimidium eius post meridiem, in sartagine ex oleo fiet:et conspersam offeret eam teneram/ sacrificium de fragmentis / sacrificium in odorem suauitatis domino. Sacerdos qui unct9 fuerit ꝓ eo ex filiis ei9;faciat ea, Lex eterna/ omnia consumabuntur:et omne sacrificium sacerdotis holocaustum est / et non edetur, ℂ In ceteris quidē preceptis:pontifex in offerendis sacrificiis/ populo prebet officium. In hoc uero mandato:que propria sunt curat/et quod ad se spectat exequitur, Iubetur enim ex die qua unctus fuerit:semper et in perpetuum offerre similaginem oleo conspersam/ tenerā/ex sartagine, idq̄ꝫ cognominat sacrificium ex framentis:in odorem suauitatis.et hoc lege eterna permanere/et transmitti ad posteros iubet, Addit sane obseruandum/q̄, nequaq̄ sacrificium sacerdotis/hoc est quod pro seipso offert:edatur a quoq̄, sed holocaustū fiat:quod est igni absumi, ℂ Preceptum quidem secundum litteram clarum est, uelim tamen uidere:quis in hoc typus et que figura formetur. Dimidium sacrificii hui9 mane uult offerri:et dimidium uespere ;cum certa mensura simile oleo consperse/tenere/a sartagine, Vide si nō hoc(ut ego suspicor) sacrificium sacerdotis:hec ipsa sit lex que per Mosem promulgatur, Cuius dimidium mane iubetur offerri/dimidium uero ad uesperum: qm̄ legem in duas partes diuidi precepit:in litteram uidelicet et spiritum, Et dimidiam quidem partem que est littera/offerri iubet mane: primo scilicet legis tempore/ quod illis quibus tunc secundum litteram data est/

Leui, 6,

nouam lucem et nouum protulit diē, Dimidiū uero eius offerri iussit in uesperū.
In uespera enim nobis datus est saluatoris aduētus: in quo pars illa dimidia / hoc
est sensus uel spiritus legis secūdum quod lex spiritalis est / offeratur oleo cōspersa
sa et tenera. Oleum ad misericordiam reuocatur: que debet in sacerdotibus abūdare.
dare. Tenera: ad subtilem et puram intelligentiam pertinet, Quod autem ad sartaginem
taginem dicitur: puto q. districtum et multa continentia aridum et torridū uelit
esse sacerdotem / in quo nihil remissum haberi ad luxuriam / nichil fluitans ad libidinem
bidinem possit. Q2 autem sacrificium ipsum ex fragmentis / nominauit in odorē
suauitatis: puto q. fragmenta sacerdotum uelit intelligi / cum legis per eos littera
frangitur / et cibus ex ea latens intrinsecus spiritalis eligitur: ut audiētes turbe reficiantur,
Ioan, 6, ficiantur, Sicut et domin9 fecisse refertur in euangeliis: ubi benedixit panes et de
dit discipulis / et discipuli confringentes apposuerunt turbis. Et cum satiati fuissent
sent omnes: superfuerunt inquit fragmentorum cophini duodecim, Istud est ergo
go sacrificium ex fragmentis: cum minutatim que sunt legis sancta discutimus /
ut spiritalem ex his cibum purumq; capiamus, Et hec (inquit) est lex eterna, Ioānes
Apoc, 14 nes quidem apostolus in apocalypsi dixit esse euāgelium eternum, Inuenimus et
hic scriptum esse: legem eternam, Sed isti qui secundum litteram legem sequi uolunt
lunt / uelim michi nunc dicerent: quomodo lex huius sacrificii esse possit eterna /
cum utiq; destructo templo / subuerso altari / et omnibus que dicebantur sancta
prophanatis: ritus iste sacrificiorū nō potuerit permanere, Quomodo ergo eternum
num dicent: quod olim cessasse / et finitum iam esse constat? Restat ut secundū
eam partem lex hec eterna dicatur: qua nos dicimus legem esse spiritalē / et per
eam spiritalia offerri posse sacrificia / que neq; dirumpi unq̄ neq; cessare possūt.
Non enim in loco sunt qui subuertitur / aut in tempore quod mutatur: sed in fide
„ credentis et in corde sacrificantis. Sane quod ait / non edetur de sacrificio sacerdotis
„ dotis / sed holocaustum erit: certum est ad domini et saluatoris nostri personam
referri, De illius enim sacrificio non edetur: sed holocaustum erit, Hoc in loco sacrificium
crificium / uerbum ipsum accipiendum est et doctrina: de qua null9 edet / hoc est
nullus disputat / nullus retractat / sed holocaustum est, quicquid enim dixit / quicquid
quid statuit: eterna cōsecratiōe perdurat, Nec aliquis ita insanus inuenitur aut
Lucę, 21, prophanus: qui retractare de eius sermonib9 possit / quos tanq̄ holocaustum deo
oblatum: in omni cultu et ueneratione habere debemus. Quia celum et terra trā
sibunt / uerba autem eius non transibunt: sed semper manent / sicut et ipse semp
manet cum ipso deo patre et spiritu sancto: quibus sit gloria et imperium in secu
la seculorum, A M E N,

¶ Quarti libri Cyrilli in Leuiticum: finis.

¶ Eiusdem liber quint9: de eo quod scriptum est. Hec est lex hostie peccati: in lo
co quo iugulantur holocausta occidēt. et id quod peccati est: et cetera.

Leui, 6, ET locutus est dominus ad Mosem dicens. Loquere ad Aaron et filios
os eius dicens. hec est lex hostie peccati, In loco quo iugulātur holocausta:
causta: occidēt / et id quod peccati est coram domino, sancta sāctorum
rum sunt, Sacerdos qui offert illud: edet illud. in loco sancto edetur:

in atrio tabernaculi teſtimonii. Omnis qui tangit de carnibus eius: ſanctificabit, et quandocũq; aſperſũ fuerit ex ſanguine eius ſuper ueſtimentum: quodcũq; reſperſum fuerit / ipſum lauabitur in loco ſancto, & uas fictile in quocũq; coctum fuerit: confringetur, Si autem in uaſe ereo coctum fuerit: defricabit illud & diluet aqua, Omnis maſculus ex ſacerdotibus: edet ea. ſancta ſanctorum ſunt domino, et omnia que pro peccato ſunt / ex quibus illatus fuerit ſanguis eorũ in tabernaculum teſtimonii ad expiandum: in loco ſancto non edẽtur / ſed igni cõburentur, ¶ Hec oia niſi alio ſenſu accipiamus q̃ littere textus oſtendit / ſicut iam ſepe diximus cum in eccleſia recitantur: obſtaculum magis et ſubuerſionem religioni Chriſtiane / q̃ hortationem edificationemq; preſtabunt. Si uero diſcutiatur et inueniatur quo ſenſu hec dicta ſunt / et digna deo qui hec dicere ſcribitur aduertantur: fiet quidem Iudeus qui hec audit. ſed non ille qui in manifeſto / ſed qui in occulto Iudeus eſt: ſecundum illam differentiam Iudei quam diſtinguit apoſtolꝰ Paulus dicens. Non enim qui in manifeſto Iudeus eſt / neq; que manifeſte in carne eſt circũciſio: ſed qui in occulto Iudeus eſt circunciſione cordis / qui ſpiritu nõ littera / cui laus non ab hominibus ſed ex deo eſt, Quam differentiam Iudei uiſibilis et Iudei inuiſibilis non intelligentes impii Heretici / non ſolum ab his ſcripturis refugerunt: ſed et ab ipſo deo / qui legem hanc et ſcripturas diuinas hominibꝰ dedit / atq; alium ſibi dominum preter illum qui celum et terram condidit / confinxerunt. cum utiq; fidei ueritas unum eundemq; dominum legis et euãgeliorũ teneat / uiſibilium et inuiſibilium creatorem: quia et cognationem plurimam uiſibilia cũ inuiſibilibꝰ ſeruãt. ita ut apoſtolꝰ dicat, Quia inuiſibilia dei a creatura mũdi p ea que facta ſunt intellecta conſpiciũtur. Sicut ergo cognationem ſui adinuicẽ gerũt uiſibilia et inuiſibilia / celũ et terra / caro et anima / corpus et ſpiritꝰ: et ex horũ coniunctionibus cõſtat hic mũdus / ita etiam ſancta ſcriptura credenda eſt ex uiſibilibus conſtare et inuiſibilibus: ueluti ex corpore quodam / littere ſcilicet que uidetur / et anima ſenſus qui intra ipſam deprehenditur et ſpiritus / ſecũdum id quod etiam quedam celeſtia teneat, ut apoſtolus dicit. quia exemplari et umbre deſeruiũt celeſtium. Quia ergo hec ita ſe habent: inuocantes dominum qui fecit ſcripture animam / et corpus / et ſpiritum. corpus quidem iis qui ante nos fuerũt: ſpiritum uero iis qui in futuro hereditatem uite eterne conſequentur / per quem perueniant ad regna celeſtia, eam nunc quam diximꝰ legis animam requiramꝰ: quantum ad preſens interim ſpectat, Neſcio autem ſi poſſumus etiam ad ſpiritũ eius aſcendere: in iis que nobis de ſacrificiis lecta ſunt, habemꝰ enim eum quem diximus in occulto Iudeum: ſicut oſtendimus quia non carne ſed corde circunciditur, et ita oſtendere pergamus quia et ſacrificat non carne ſed corde: et quia edit de ſacrificiis nõ carne ſed ſpiritu, ¶ Sed uideamꝰ iam que ſunt ipſa que referuntur in lege. Et locutus eſt dominus ad Moſem dicens, Loquere ad Aaron et filios eius dicẽs, hec eſt lex hoſtie peccati. et cetera q̃ in preſenti loco narrãtur / et ante iam dixiſſe nos memini: quia lex fere eadẽ mandatur, ſed alia quidem dicit filiis Iſrael: et alia filiis Aaron, alia etiam ſicut iampridem obſeruauimus: Moſi et Aaron eſt / et aliqua lex que ſoli Moſi datur: ita ut nec Aaron legis illius particeps

Roma, 2 · Roma, 1, · Hebre. 8.

fiat,Quorum per singula distinctiones et diuersitates / quis ita scientie dono illuminatus a deo est:ut possit aperte integreq; differere? Inuenimus enim in consequentibus preceptum domini ad solum Mosem dari: et iuberi ut pectusculũ arietis perfectionis / Mosi detur / sicut precepit inquit dominus Mosi,In qua portione:neq; Aarõ neq; filii eius participes fiunt.Et si inuenitur lex que pertinet ad arietem perfectiõis non posse peruenire usq; ad Aaron neq; ad filios eius:multo magis nec ad reliquos filios Israel / sed ad solum Mosem qui erat amicus dei. Verum quid opus est que postmodum recitanda sunt preuenire? Nunc interim lex recitata est q̃ ad Aaron et filios eius promulgat lex hostie peccati : hoc est hostie que
„ offertur pro peccato,In loco inquit in quo iugulant holocausta: ibi occident et id
„ quod pro peccato est / in cõspectu domini,sancta sanctorum sunt, ¶ Multa quidem tam deo iuuante de sacrificiorum ritu secundum spiritalem intelligentiam in superioribus dicta sunt,Sed et nunc si gratia domini nos uisitare dignetur / et uos orationib⁹ adnitamini:addemus que dederit dominus,Hostiarum quedam quidem sunt dei solius:ita ut nullus hominum participet ex ipsis, Quedam sunt Aaron sacerdotis et filiorum eius,Quedam ipsius / et filiorum et filiarum eius:ita ut etiam uxorem sacerdotis de eis edere liceat. Quedam uero sunt sacerdotum et filiorum eius atq; totius populi:de quib⁹ edere liceat etiam filios Israel, Deniq; quedam communes et indifferentes omnibus:de quibus liceat edere cunctos filios Israel,Speciale tamẽ hostiarum habent participium etiam sacerdotes et filii sacerdotum : quandoquidem ex omni hostia quam edit sacerdos / etiam filios edere licebit,Igitur cum iste sint hostiarum differentie : illam quam diximus solius dei esse / ex qua neq; Mosem / neq; Aarõ / neq; filios eius participare fas est:aliquã do quidem holocaustomata nominari inuenimus. Aliquando uero non holocaustomata / sed holocarpoma:ueluti si dicam⁹ / quod totum fructus sit / illud scilicet quod offertur,Est ergo prima legislatio de sacrificiis : si tamen uel obseruatis uel retinetis diligenter que lecta sunt ac disserta / et non transcurrunt aures uestras in uanum uel que a nobis dicuntur / uel que ex diuinis uoluminibus recitantur, Prima ergo est hostia:holocaustomata,neq; enim oportebat aliam primo hostiã nominari:nisi eam que omnipotenti deo offerebatur, Secunda hostia est:que ad edendum sacerdotibus mancipatur.Tertia / de qua etiam filios Israel contingere uel edere:ipsos scilicet qui offerunt / fas est.Sed filios Israel non omnes:nisi illos tã tum qui mundi sunt.Soli enim qui mundi sunt: de sacrificiis edere iubentur,Verum istas omnes hostias:tu qui in occulto Iudeus es / nolo in animalibus requiras uisibilib⁹ / nec in mutis pecoribus inueniri putes,Istas hostias intra teipsũ reqre: et inuenies eas intra te habere.Intra temetipsum nosce greges bonos illos:qui be
Gene.12. nedicũtur in Abraham.Intellige habere te et greges ouium et greges caprarũ : in quib⁹ benedicti et multiplicati sũt patriarche.Intellige etiam intra te esse aues celi, Nec mireris q̃ hec intra te esse dicimus, Intellige alium mũdum esse in paruo:et esse intra te solem / esse lunam / esse etiam stellas,Hoc enim si ita non esset : nequaq̃ dixisset dominus ad Abraham, aspice celum et uide stellas si numerari
Gene.15. possunt a multitudine: sic erit semẽ tuũ, nec mireris inquam / si dicitur ad Abra

ham:quia sic erit semen tuũ sicut stelle sunt celi, De illis scilicet qui ex fide eius ge
niti rationabiliter uiuãt:ac diuinas leges ac precepta custodiãt. Audi amplius ali=
quid saluatorẽ ad discipulos dicentẽ. Vos estis lux mũdi. Dubitas ne esse intra te Math.5.
solẽ et lunã:ad quẽ dicitur quia sis lux mũdi? Vis adhuc amplius aliquid de teipso
audire:ne forte parua de te et humilia cogitãs/tanq̃ uilẽ negligas uitã tuã? Habet
hic mũdus gubernatorẽ suũ/habet qui eũ regat & habitet in ipso:oĩpotentẽ do=
minũ/sicut ipse per prophetã dicit. Nõne celũ et terrã ego repleo/ dicit dñs? Au Hiere.23.
di ergo/ipse oĩpotens dñs quid etiã de te:hoc est quid de hominibus dicat, Habi=
tabo inquit in eis: et inter ipsos ambulabo, Plus aliquid addit erga personã tuã, Leuit.26
Et ero eis inquit in patrẽ:et ipsi erũt mihi in filios et filias/dicit dñs, Habet hic mũ
dus filiũ dei:habet et spm̃ sanctũ/scđm quod dicit ꝓpheta, Verbo dñi celi firma ps.32.
ti sunt:et spiritu oris eius oĩs uirtus eoꝝ. Et iterũ alibi. Spiritus eni dñi repleuit or= Sapiẽtie.1
bẽ terraꝝ. Audi et tibi quid dicit Christus, Et ecce ego uobiscũ sum oĩbus dieb9 Math.28.
usq; cõsumationem seculi, Et de spiritu sancto dicit, Et effundã de spũ meo sup Iohe.2.
omnẽ carnẽ:et ꝓphetabũt. Cũ ergo uideas habere te oĩa que mũdus habet:dubi
tare non debes q̃, etiam animalia que offeruntur in hostiis habeas intra te / et ex
ipsis spiritales debeas offerre hostias. Sed de his prout potuimus: in superiorib9
explanauim9, ¶ Nũc uero illud addimus quod dicit:quia in loco in quo iugulã=
tur holocausta/ibi etiam hostie pro peccato, Vide q̃ multa misericordia et beni=
gnitas dei est: ut ubi holocaustum iugulatur illud quod soli deo offertur/ibi etiã
hostia que pro peccato est immolari iubeatur, ut scilicet intelligat se qui pec=
cauit & peniteat conuersus ad dominum/et contribulati spiritus hostiam iugu=
lat:in loco iam sancto stare/et sociari iis qui pertinent ad deum, Ibi ergo immo=
latur hostia pro peccato:ubi & holocaustum. In cõspectu inquit domini est. For
tassis in conspectu domini est offerre sacrificium: et offerre non in cõspectu do
mini, Quis ergo est:qui offert in cõspectu domini? ille opinor / qui non exiit a cõ
spectu dñi sicut Cain/& effectus est tremẽs & timens, Si quis ergo est q habet fi= Gene.4.
duciã astare in cõspectu domini/et non fugit a facie eius/nec aspectũ eius pecca
ti conscientia declinat:iste in cõspectu domini offert sacrificium, Hanc ergo ho=
stiam que offertur pro peccatis: dicit esse sancta sanctorum, Maius aliquid au=
dere uult sermo:si tamen et uester sequatur auditus, Que est hostia que pro pec
catis offertur et est sancta sanctorũ:nisi unigenitus filius dei/dominus meus Ihe
sus Christus? Ipse solus est hostia pro peccatis:et ipse est hostia sancta sanctorũ,
Sed quod addidit:sacerdos inquit qui offert illud/edet illud:uidetur difficile esse
ad intelligendũ. Illud enim quod edẽdum dicit:ad peccatum referri uidetur/si=
cut et alibi dicit de sacerdotibus propheta, quia peccata populi mei mãducabũt, Osee.4.
Vnde et hic ostendit sacerdotem peccatũ offerentis comedere debere. Sepe ostẽ
dimus ex diuinis scripturis:Christum esse & hostiam que pro peccato mundi of=
fertur / et sacerdotem qui offerat hostiam, Quod uno uerbo apostolus explicat
cum dicit, Qui seipsum obtulit deo, Hic ergo est sacerdos qui peccata populi co Ephe.5.
medit et consumit:de quo dictum est, Tu es sacerdos ineternum:secũdũ ordinẽ ps.109.
Melchisedech. Saluator ergo et dominus meus:peccata populi edet. Quomodo

Deute.4 edet peccata populi? Audi quid scriptũ est. Deus inquit noster: ignis cõsumẽs est,
Quid cõsumit deus ignis? Nunquid tã inepti erimus ut putemus q deus ignis li=
gna cõsumat / aut stipulã aut fenũ? sed cõsumit de⁹ hũana peccata: illa absumit /
Esaie.1, illa deuorat / illa purgat. scd̃m q alibi dicit, Et purgabo te igni ad purũ. Hoc est
mãducare peccatũ eius q offerat sacrificiũ p peccato, Ipse enim peccata nr̃a su=
scepit in semetipso: ea tanq̃ ignis comedit et absumpsit. Sic deniq; econtrario eos
Esaie.5, qui permanẽt in peccatis: mors dicit deglutisse, sicut scriptũ est, Deglutiit mors
Luce.12. preualẽs, Hoc puto esse: quod in euãgelio saluator dicebat, Ignẽ ueni mittere in
terrã: & quid uolo nisi ut accedat? Atq; utinã et mea terra accedat igni diuino:
ut ultra nõ afferat spinas et tribulos, Sic intelligere debes et illud qđ scriptũ est,
Hiere.15, Ignis accẽsus est ab ira mea / comedet terrã et generatiões ei⁹, Dicit ergo lex, Sa=
» cerdos qui obtulerit: edet illud in loco sancto / in atrio tabernaculi testimonii, Cõ
sequẽs eni est ut scd̃m imaginẽ eius qui sacerdotiũ ecclesie dedit: etiã ministri &
sacerdotes ecclesie peccata populi accipiãt. et ipsi imitãtes magistrũ: remissionẽ
peccatoꝝ populo tribuãt, Debẽt ergo et ipsi sacerdotes ita perfecti esse et in offi
ciis sacerdotalibus eruditi: ut peccata populi in loco sancto in atriis tabernaculi
testimonii / ipsi nõ peccãdo cõsumãt, Quid autẽ est in loco sancto mãducare pec
catũ? Locus erat sanctus in quẽ peruenerat Moses: scd̃m qđ dictũ est ad eũ, Loc⁹
Exodi.3, eni in quo stas: terra sancta est. Similiter ergo et in ecclesia dei locus sanct⁹ est: fi=
des perfecta / & charitas de corde puro / et cõsciẽtia bona. qui i his stat in ecclesia:
in loco se sancto stare cognoscat. Neq; eni in terra querẽdus est locus sanctus: in
Gene.3. quã semel data sentẽtia est a dño dicẽte, Maledicta terra in operibus tuis, Fides
ergo integra et sancta cõuersatio: locus est sanctus. In hoc itaq; loco positus sa=
cerdos ecclesie / populi peccata cõsumat: ut hostiã iugulãs uerbi dei / & doctrine
sancte uictimas offerẽs: purget a peccatis conscientias auditoꝝ, Edit ergo sacer
dos carnes sacrificii in atrio tabernaculi testimonii: cũ intelligere potuerit que sit
ratio in his / uel que mysteria: que describuntur de atriis tabernaculi testimonii,
Ad hec eni atria secreta & recondita: nullus accedit, Nulli hec nisi sacerdotibus
patent: si tamen patent. id est si scientia sua & intellectu mystico: potuerint eo=
rum secreta penetrare. Scio autem esse et alia quedam in ecclesia dogmata secre
tiora: que adire nec ipsis sacerdotibus liceat, Illa dico ubi arca reconditur: ubi ur=
na cum manna et tabule testamenti, Illuc nec ipsis quidẽ sacerdotibus datur ac=
cessus: sed uni tãtum pontifici, et huic semel in anno certis quibusdã & mysticis
purificationib⁹ conceditur: istud intrare secretũ, Sunt & alia ecclesie dogmata:
ad que possunt etiam peruenire leuite / sed inferiora sunt ab iis que sacerdotibus
adire concessum est, Scio & alia esse / ad que possunt accedere etiã filii Israel: hoc
est laici, Non tamen alienigene: nisi ascripti iam fuerint in ecclesiã domini, Cre=
do fidem patris et filii et spiritus sancti (in quam credit omnis qui sociatur eccle=
sie dei) tertiã generationem mystice dictam. Veruntamen sciendum est q ex ho
stiis que offeruntur hic et conceduntur sacerdotibus ad edẽdum: nõ penitus oĩa
cõcedũtur / sed pars ex ipsis aliqua deo offert et altaris ignibus tradit. Vt sciam⁹
etiã nos / q etsi cõcedit nobis aliq ex diuinis scripturis apprehẽdere & agnoscere:

ſunt tamen aliqua que deo reſeruāda ſunt, Que cū intelligentiā noſtrā ſuperēt/ ſenſuſq; eoꝝ ſupra nos ſit: ne forte aliter a nobis q̄ ſe habet ueritas ꝓferātur/ melius igni iſta ſeruamus. Et ideo etiā in hoc loco que quidē conceſſa ſunt ho:bus ad edendū/ prout potuim⁹/ intra tabernaculū dn̄i cōſumpſim⁹, Siqua uero ſupſūt/ et uel uos in audiēdo uel nos ſuperāt in dicēdo: ſeruem⁹ igni altaris/ tanq̄ eā par-
» tem que pro peccato ſuper altare dn̄i iubeẗ offerri, Et hec eſt inqt lex arietis q ꝓ
» delicto eſt: ſancta ſactoꝝ, In loco in quo iugulāt holocauſtomata: iugulabunt &
» arietē q ꝓ delicto eſt coram dn̄o, et cetera, Videtur quidē in ſcripturis diuinis frequenter peccatū ꝓ delicto/ et delictū pro peccato indifferēter & abſq; aliq̄ diſtinctione nominari, In hoc tamē loco iueniẗ eſſe diſcretū, Nā cū ſuperi⁹ in hoſtia ꝓ peccato ritū ſacrificii atq; ordinē tradidiſſet: nūc ſeparati mādat ſacrificiū ꝓ delicto. Et quāuis eodē ordie atq; obſeruātia cūcta mādātur/ et addat i nouiſſimis, ſicut id quod ꝓ peccato eſt: ita et id qd̄ pro delicto eſt/ lex una erit eoꝝ, tamē uoluit oſtēdere eſſe aliqd differētie in his: qbus ſacrificia diuiſa mādauit. Certe ego puto delictū quidē eſſe cōmiſſū/ leui⁹ aliquāto q̄ peccatū, Nā iuenim⁹ de pecca- 1. Ioan. 5.
to dici: q, ſit peccatū ad mortē, De delicto nō legim⁹: q, eſſe dicaẗ ad mortē, Scio tamē et illā differētiā q̄ nōnullis ſapiētū uiſa eſt: q, delicto quidē nō facim⁹ ea que facere debem⁹, Peccatū uero ſit: cū cōmittim⁹ ea que cōmittere nō debem⁹, Sed hec qm̄ nō ſemp in ſcripturis diuinis ſub iſta diſtictiōe iuenim⁹: idcirco generaliter affirmare nō poſſum⁹, Igiẗ eodē modo atq; eadē traditiōe de ſacrificio quod ꝓ delicto offerẗ accipiendū eſt: qd̄ et ſupra expoſuim⁹ de eo qd̄ pro peccato eſt, Similiter eni iubētur adipes arietis ii qui circa renes ſunt/ et ii q̄ iteriora operiūt poni ſup altare, ut et tu q hec audis ſcias om̄e qd̄ eſt itra te craſſius/ et operit interiora tua: debere te offerre igni altaris ut purgenẗ oīa interiora tua, ut dicas & tu: ſicut Dauid dicebat, Bn̄dic aīa mea dn̄m: et oīa interiora mea nomē ſctm̄ ei⁹, ps. 102.
Niſi eni ablata fuerit craſſitudo illa que tegit interiora tua: nō poſſunt ſubtilē & ſpiritalē capere ſenſum/ nec poſſunt intellectū capere ſapiētie/ et ideo dn̄m laudare nō poſſunt. Q; ſi ablatū fuerit omne quod pingue eſt de renib⁹ et de oib⁹ interioribus uiſcerū: tūc uere purgatus omni uicio libidinis iugulaſti hoſtiā ꝓ de
» licto/ et obtuliſti ſacrificiū deo in odorē ſuauitatis. Sacerdotis iquit qui offeret il-
» lud & repropiciabit: pro delicto ipſius erit, Diſcāt ſacerdotes domini qui eccleſiis preſunt: quia pars eis data eſt cū iis quoꝝ delicta repropiciauerūt, Quid autē eſt repropiciare delictū? ſi aſſumpſeris peccatorē et monedo/ hortādo/ docēdo/ inſtruēdo adduxeris eū ad penitētiā/ ab errore correxeris/ a uiciis emēdaueris/ & effeceris eū talē ut ei cōuerſo ꝓpicius fiat de⁹: pro delicto repropiciare diceris, Si ergo talis fueris ſacerdos/ et talis fuerit doctrina tua et ſermo tuus: pars tibi daẗ eorum quos correxeris/ ut illorū meritū tua merces ſit: et illorū ſalus tua gloria, An non et apoſtolus hec oſtendit cū dicit: quia quod ſupedificauerit quis/ mercedem accipiet? Intelligant igitur ſacerdotes domini ubi eſt eis data portio: et i hoc 1. Cori. 3.
uacent atq; operā dent, Nō ſe inanibus et ſuperfluis actibus implicēt: ſed ſciāt ſe in nullo alio partē habituros apud dn̄m/ niſi in eo qd̄ offerūt ꝓ peccatis/ id eſt q, a uiciis peccati conuerterint peccatores, Notādum etiā illud eſt q, q̄ offerūtur in

holocaustū:interiora sunt, quod uero exteri⁹ est: dño nō offertur. Pellis dño nō offert: nec cedit in holocaustomata. Talis fuit et ille fili⁹ Iuda qui dicebatur Her:
Gene.38, quod interpretat pellis. Propterea pessim⁹ erat / et occidit eū deus: quia isti tales
» dño nō offerūtur. ¶ Et omne sacrificiū qd fiet in clibano / et omne qd fiet in cra=
» ticula uel in sartagine: sacerdotis qui offert illud / ipsi⁹ erit. Quid dicemus? Puta= mus ne q̄ oīpotēs deus q̄ respōsa Mosi celit⁹ dabat: de clibano / craticula et sarta= gine preciperet? et ut disceret populus per Mosem qa per hec deus eis propicius fiet: si quedā in sartagine frixerit / quedam in clibano coxerit / quedā in craticula assauerint? Sed nō ita ecclesie pueri Christū didicerunt / nec ita in eū p apostolos eruditi sunt: ut de domino maiestatis aliquid tā humile & tā uile suscipiāt. Quin potius scdm spiritalē sensū quē spirit⁹ donat ecclesie / uideam⁹ quod sit istud sa= crificiū qd coquat in clibano / uel qs iste cliban⁹ intelligi debeat. Sed ubi inueniā modo subito scripturā diuinā: q̄ me doceat qd sit cliban⁹? Dnm meū Ihesū inuo= care me oportet / ut querētem me faciat inuenire & pulsanti aperiat: ut iueniā in scripturis clibanū ubi possim coquere sacrificiū meum / ut suscipiat illud deus. Et
Osee.7. quidē iuenisse me puto in Osee ppheta ubi dicit. Oēs mechātes sicut cliban⁹ suc=
Ibidem. cēsus ad cōburēdū. Et iteꝝ. Incaluerūt (iquit) sicut cliban⁹ corda eorū. Cor ergo est hois cliban⁹. Istud autē cor si uicia succēderit uel diabol⁹ inflāmauerit: nō co=
Luce.12. quet sed exuret. Si uero ille id succēderit q̄ dixit, ignē ueni mittere i terrā: panes scripturaꝝ & sermonū dei quos i corde suscipio / nō exuro ad perditionē: sed co= quo ad sacrificiū. Et fortassis illa coqui dicūtur i clibano: q̄ interiora sūt & recōdi ta / nec pferri facile ad uulgus possunt. Sunt eni multa in diuinis scripturis huius
Exech.10 modi: sicut apud Ezechielē cū uel de cherubi / uel de deo et illa magnifica uisione describit. Hec si in clibano nō coquātur: comedi ita ut sūt cruda nō possūt. Neq;
Ezech.1. eni credēdū ē q̄ sit aīal quoddā i forma leonis positū quo uehebat de⁹: uel aliud in forma uituli uel aquile. Hec ergo et siqua huiusmodi sunt: nō sunt cruda pfe= rēda / sed in cordis clibano sunt coquēda. Quid autē sit cliban⁹ / sartago & crati= cula: nūc pquirēdū est. Tria itaq; sūt hec / i qb⁹ sacrificia dicit pparari debere: in clibano / in sartagine / in craticula. Et puto q̄ cliban⁹ scdm sui formā: pfundiora et ea q̄ sunt inenarrabilia significet in scripturis diuinis. Sartago uero / ea q̄ si fre= quēter ac sepe uersent: intelligi ac explicari possūt. Craticula autē: ea q̄ palā sūt / et absq; aliq̄ attrectatiōe cernūtur. Triplicis nāq; i scripturis diuinis itelligētie iue niri sepe dixim⁹ modū: historicū / moralē / mysticū. Vnde et corp⁹ iesse ei / & ani= mā & spm̄ itellexim⁹. cui⁹ itelligētie triplicē formā: sacrificioꝝ triplex hic modus appellat⁹ ostēdit. Sed & alibi iuenim⁹ id est i his ipsis q̄ de sacrificiis memorātur: dici canistrū sanctū pfectiōis / in quo tres panes haberi mādātur. Vides cōsonare sibi sacramētoꝝ oīm formas. Canistrū pfectionis in quo tres panes poni iubent / qd aliud debem⁹ accipere: nisi scripturas diuinas / cibos auditorib⁹ tripliciter ap= ponētes? Vis tibi et de euāgeliis similis mysterii pferam⁹ exēpla? Recolamus dñi uoces ubi dicit, qa media nocte uenit qdā ad amicū suū pulsans ostiū eius / & ait.
Luce.11. Amice cōmoda mihi tres panes: quoniā amicus mihi supuenit de uia et nō habeo quod apponā ei. In quibus ut breuiter perstringamus: nox est hoc temp⁹ uite. &

tres panes sunt:unus qui in clibano/alius qui in sartagine / terti⁹ qui in craticula
» coquitur, Post hec et omne inquit sacrificiū factū in oleo siue non factū:oibus fi-
» lиs Aarō erit/singulis equaliter. Quod sacrificiū est factū in oleo:uel quod est nō factū in oleo: sacrificiū salutaris/in oleo fieri iubetur:sicut supra iā dixim⁹, Sacrificiū uero pro peccato:nō fit in oleo, Dicit eni:nō superponet ei oleū / cū iam pro peccato est, Quod ergo pro peccato est:nec oleū leticie ei nec thus suauitatis imponitur, Peccātibus eni dicit apostolus, Et lugeam⁹ eos q ante peccauerūt: et nō 2,Cori,12
egerūt penitentiā.nec odor in eis suauitatis est:quia ex psona peccatoris dicitur.
Computruerūt et corrupte sunt cicatrices mee, Hec interi a nobis obseruata sūt ps,37.
de superiori capitulo:ubi lex sacrificiis tribuit pro delicto, Nō aūt dubito multa esse que nos lateāt:et sensum nostrū superēt, Nō eni sumus illius meriti:ut et nos dicere possimus, nos autē sensum Christi habemus. Ipse eni solus est sensus: cui 1,Cori,2.
pateant uniuersa que in legibus sacrificiorꝫ intra littere continentur arcanū, Si eni mererer ut daretur mihi sensus Christi:etiā ego in his dicerē, ut sciamus q̄ a deo donata sunt nobis:q̄ & loquimur. ¶ Sed nūc cōtenti paruitate sensus nostri: secūdi capituli uideam⁹ exordiū, Hec est inquit lex sacrificii salutaris quod offeretur dño, Si quidē pro laudatione offeret illud/et afferet ad sacrificiū panes lau Leui,7.
dationis ex simila factos i oleo:et lagana azima uncta oleo/et similaginē cōspersam in oleo super panes fermētatos offeret munera sua:quia sacrificiū laudationis salutaris eius est, Et auferet ab eo unū de oibus muneribus suis separationem dño/sacerdoti qui effundet sanguinē salutaris:et carnes sacrificii laudationis salutaris/ipsi erūt, Et in qua die donū offert/māducabūt:et nō derelinquēt ex eo in mane, Sacrificiū hoc qd salutare appellat:i duas diuidit partes.unā quidē laudationis nomiat:alterā uoti.utrūq; tamē sacrificiū: salutare noiat, Verū qm̄ nō est opus nobis nūc scd̄m litterā istaurare sacrificia: requiram⁹ i nobis quisnā est tātus ac talis/qui sacrificiū salutare & sacrificiū laudis offerat deo. Ego illū esse arbitror:qui in omnibus actibus suis facit laudare deū /& implet per eū illud quod dns et saluator noster dicit, Vt uideāt hoies opa uestra bona:et magnificēt patrē Math,5,
uestrū qui in celis est, Ille ergo obtulit sacrificiū laudis:pro cui⁹ actibus/pro cui⁹ doctrina/pro cuius uerbo et moribus et disciplina:laudatur et benedicit de⁹, Sicut econtrario sunt illi de quibus dicit:quia per uos nomē meū blasphemat inter Ezech,36
gētes. Obserua tamē & hic quō panes ex simila facti: i oleo/et lagana uncta oleo et simila cōspersa i oleo ponunt.et triplici iterū sacramēto:hostia salutaris offertur. Et ad ultimū/sacerdoti inqt q effundet sanguinē salutaris:ipsi⁹ erit. Superi⁹ dixit, sacerdoti q repropiciauit:ipsi⁹ erit. hic dicit, sacerdoti q effundet sāguinē sacrificii salutaris:ipsi⁹ erit, Digno quidē ordine utit. Pri⁹ eni repropiciatio querēda est:et post hec offerēdū sacrificiū salutaris. Neq; eni sal⁹ esse cuiq potest:nisi prius sibi propiciū faciat dñm, Sed & carnes inqt sacrificii laudatiōis salutaris: ipsi⁹ erūt. Sepe iā dixim⁹:q, carnes i scripturis solidū idicāt cibū /psectāq; doctrinā. Scd̄m scripturas ei scio esse anime cibū quēdā lactis:et aliū cibū anime olerū / & aliū carnis. sicut ipse apostol⁹ de qbusdā dicit, Lacte uos potaui nō esca:nōdū 1,Cori,3.
eni poteratis/sed et nō adhuc potestis. adhuc eni estis carnales, Et iterꝫ alibi dicit

Roma.14. Alius quidem credit manducare omnia, qui autem infirmus est: olera mandu-
Hebre.5. cet. Et rursum alibi, perfectorum aūt est cibus solidus, Hic ergo carnes sacrificii salutaris quod offertur pro laudatione: ipsius iubentur esse sacerdotis, Ex simila uero tripliciter oblata ut supra diximus: unū tātum quod placuerit/sacerdoti deputatur, Cetera: offerētis sunt laici, ita tamē ut sub die comedātur: nec remaneat ex his aliquid in mane. Carnes ergo in quib⁹ solidus est cibus et pfecta scientia: sacerdotibus deputantur, quia debēt in oibus esse perfecti: in doctrina/in uirtute/in morib⁹, Si enim hoc in se nō habuerint: de sacrificiorum carnib⁹ nō edent, Vnū uero illud qđ separatur tanq̄ precipuū ex trib⁹/que ex simila precepta sunt: in hoc illā partē sciētie arbitror designari de qua superius diximus/que perfectā indicat profundāq; doctrinā, ¶ Sed requires fortasse/cū superius fermētū penitus abiecerit de sacrificiis: quomodo nūc sup panes fermētatos sacrificiū mādat imponi? Verū diligētius intuere: quia nō ad sacrificiū sed ad ministeriū sacrificii fermētatus panis accipitur, Quid ergo hoc sit: uideam⁹, Dñs in euāgeliis hūanā doctrinā phariseorum q tradebāt traditiones & precepta hoim: fermētū appellat/
Math.16. cū dicit discipulis, Obseruate a fermēto phariseorum, Fermētū ergo hūana doctrina est: uerbi causa/grāmatica ars uel rethorica uel etiā dialectica. ex qua doctrina ad sacrificiū quidē/ hoc est in iis q̄ de deo sentiēda sunt: nihil suscipiendū est. Sermo uero lucidus et eloquētie splēdor ac disputandi ratio: ad ministeriū uerbi dei decēter iubetur admitti, An nō super hoc fermētū habebat uerbi dei sacrificiū
1.Cori.15. positū: ille qui dicebat, corrūpūt mores bonos colloquia mala? Et Cretēses semp
Titum.1. mēdaces/male bestie/uētres pigri. et alia his similia: ex fermēto sumpta grecorum, Quod autē dicit: sub die comedetur/nec derelinquetur ab eo usq; in mane: conferamus cū ceteris sacrificiis/& uideamus q̄ sit ratio q, in hoc quidē sacrificio salutari eadē die qua offerūtur pcepit comedēda. In alio uero sacrificio etiā in secūdā diē seruari idulget: et usq; in tertiā, tertia uero iā die igni tradi q̄ superfuerūt: ne polluant offerētē, Quid ergo habeat ista differētia: uideam⁹, Sed uere indigem⁹ auxilio dei: qui oēs adipes cōtegētes interiora nr̄a dignetur abscidere/& oīne crassioris sensus uelamen auferre, ut hec scđm id qđ a deo mādari dicitur: possim⁹ aduertere. Cōferam⁹ igitur ipsā sibi scripturā diuinā: et qua aperuerit nobis absolutiōis
Exodi.12. semitā subsequamur, Inuenim⁹ eni in sacrificio pasche qđ in uespera imolari iubetur: dari mādatū similiter ut nihil remaneat ex carnib⁹ usq; in mane, Non est hoc ociosū q, hesternis carnib⁹ uesci nō uult nos sermo diuin⁹ sed recētibus semp et nouis, Eos maxime q sacrificiū pasche uel sacrificiū laudis immolant deo: nouas eos carnes et recētes ipsi⁹ diei edere iubet/hesternas phibet. Recordat⁹ sum
Ezech.4. simile aliqđ & pphetā Ezechielē dicere: cū ei dn̄s precepisset ut coqueret sibi panes in stercore hūano. Respōdit eni dn̄o et dixit. O dn̄e nunq̄ cōtaminata est aīa mea ī morticino/aut imūdū nō introiuit ī os meū: sed neq; caro hesterna ītroiuit ī os meū, De quo sepe apđ memetipsū reqrebā/q̄nā esset ista pphete exultatio: q̄ uelut magnū aliquid ante deum proferret/quia nunq̄ carnē hesternam manducaui. Sed ut uideo hinc edoctus et ex istis imbutus mysteriis: hec propheta loquebatur ad deū, qa nō ita abiectus et degener sū sacerdos: ut hesternis id ē ueteribus

carnibus uescar, Audite hec oẽs dñi sacerdotes:et intentius intelligite q̃ dicũtur.
Caro que ex sacrificiis / sacerdotib⁹ deputatur:uerbũ dei est quod in ecclesia docent, Per hoc ergo figuris mysticis cõmonẽtur / ut cũ proferre ad populũ sermonẽ ceperint :nõ hesterna ꝓferãt / nõ uetera que sunt scdm litterã proloquantur, sed per gratiã dei noua semper proferãt:& spiritalia semper inueniant, Si eni ea que didiceris a Iudeis die hesterno / hec hodie in ecclesia proferas:hoc est hesternam carnẽ sacrificii edere. Si porro meministis:etiã in oblatione primitiarũ eodẽ sermone usus est legislator, ut sint inquit noua & recẽtia, Vides ubiq; ea q̃ ad laudes dei pertinent (hoc eni est sacrificiũ laudis) noua et recẽtia esse debere, ne forte cũ uetera profers in ecclesia:labia tua loquãtur / et mẽs tua sine fructu sit, Sed audi quid dicit apostolus. Si inquit loquar linguis; spiritus meus orat / sed mens mea sine fructu est. Quid igitur est? Orabo inquit spiritu:orabo et mẽte. psalmũ 1, Cori, 14
dicã spiritu:psalmũ dicã et mente, Ita ergo et tu si non ex eruditione spiritali / ex doctrina gratie dei / presentẽ et recentẽ protuleris sermonem in laudibus dei: os quidem tuũ offert sacrificiũ laudis / sed mens tua pro sterilitate hesterne carnis arguitur, Nã et dñs de pane quẽ discipulis dabat:dicebat eis, Accipite et manducate, nõ distulit nec reseruari iussit in crastinũ, Hoc fortasse mysterii cõtinetur Math, 26
etiam in eo:q, panẽ non portare iubet in uia, ut semper recentes quos intra te geris:uerbi dei proferas panes. Deniq; Gabaonite illi propterea condẽnantur et ligni cesores uel aque gestatores fiunt:quia panes ueteres ad Israelitas detulerũt / quibus lex spiritalis iubebat semper uti recentibus & nouis, Alia sane sacramentorum figura est:que iubet etiam in altera die quod superfuerit edi / nihil uero in tertiã reseruari, De qua suis locis uidebimus, Sed ne illud quidem nos lateat:esse quoddã tempus in quo benedictio sit / ueterib⁹ uesci, Nam de anno septimo / qui remissionis annus uel sabbaticus nominatur:ita dicitur, Mãducabis inquit uetera & uetera ueterũ. Tunc sub septimi anni mysterio (ut diximus) benedictio est: uetera manducare / nũc uero prohibet͛, Sed multũ est / excessus habere per hec singula / & ex occasione testimoniorũ longius euagari:cũ explanatio sacrificioꝝ nunc habeatur in manibus. ¶ Dicit͛ ergo in sequentibus, Q, si uotũ fuerit / aut uoluntarium sacrificauerit munus suum:quocũq; die obtulerit sacrificium suũ / edetur:et altera die. et quod superfuerit de carnib⁹ sacrificii usq; in diem tertiũ igni cremabit͛, Si autẽ mãducãs mãducauerit ex carnibus die tertio:nõ erit acceptũ ei qui offeret illud / nõ reputabitur ei / coinquinatio est, Anima aũt siqua mãducauerit ex eo:pctm̃ accipiet. ¶ Hoc est nimiꝝ:qd et Dauid dicit i psalmis. Fiat oratio ei⁹ in peccatũ, quãdo nõ solũ nihil meriti:sed etiã culpe multũ ex sacrificiis querit͛. Audis eni legislatorẽ decernere:qa si qs mãducauerit ex eo qd supfuerit in tertiã diẽ / peccatũ accipiet, Vnde cognoscẽdũ est quãtũ hũane cõditiõi peccatorũ labes imineat:cũ oriat͛ etiã inde peccatũ / ubi hostia ꝓpiciatiõis offert͛, Hec credo cõsiderãs beatus Dauid:dicebat in psalmis, peccata quis itelligit? Voti igit͛ uel uoluntatis sacrificiũ est:quo et secunda quidem die uesci fas est, penitus uero abiurat͛ in tertiã. Sed dat remediũ negligẽtib⁹, Si inqt iualid⁹ fueris & nõ potueris oẽs carnes sacrificii secũda die finire:nihil de his i tertia die comedes / sed igni

Marci, 6, Iosue, 9, Leuiti, 26 Leuiti, 7. ps, 108, ps, 18,

trade qđ superest. Si eni uolueris post duos dies mãducare de sacrificio:peccatũ accipies. Ego prout sensus mei capacitas habet:in hoc biduo puto duo testamẽta posse intelligi/in quib⁹ liceat omne uerbũ quod ad deũ ptinet(hoc eni est sacrificiũ)requiri et discuti:atq; ex ipsis oẽm rerũ sciẽtiã capi. Si quid aũt supfuerit qđ non scriptura diuina decernat:nullã aliã debere tertiã scripturã ad authoritatẽ sciẽtie suscipi/q̃ hic dies tertia nominatur,sed igni tradamus quod superest:id est deo reseruemus,Neq; enĩ in presenti uita deus scire nos oĩa uoluit:maxime cũ id
1.Cori.13. apostolus dicat,Quia ex parte scim⁹ et ex parte prophetam⁹.cũ uenerit autem quod perfectũ est:destruentur illa que ex parte sunt, Iste ergo ignis est/cui que in tertiũ diẽ superfuerint seruare debemus:et nõ temeritate presumpta assumamus nobis cunctorũ sciẽtiã,ut merito nobis dicatur ab eodẽ apostolo,Nescien-
1.Timo.1. tes neq; que loquũtur neq; de quib⁹ affirmãt. Ne forte ergo nõ fiat acceptũ sacrificiũ nostrũ/hoc ipsum q. ex scripturis diuinis cupim⁹ sciẽtiã capere/ et uertat nobis in peccatũ:seruemus eas mensuras quas nobis per legislatorẽ lex spiritalis
Leui.7. enunciat ¶ Et carnes inquit quecũq; tacte fuerint ab omni imũdo: nõ manducabuntur sed igni cremabuntur, Oĩs mũdus mãducabit carnes.et anima quecũq; mãducauerit carnes sacrificii salutaris quod est domini/ et immũdicia eius in eo fuerit:peribit anima illa de populo suo,Et anima quecunq; tetigerit omnẽ rẽ immundã uel ab immũdicia hoĩs/uel quadrupedũ immũdorũ/uel ab omni abominamento immũdo/et mãducauerit ex carnibus sacrificii salutaris quod est domini:peribit anima illa de populo suo. ¶ Triplices imũdicie causas hic legislator exposuit,Vnã,ne carnes sacrificiorum aliqua immũdicia cõtingantur, Aliã,ne is qui edit carnes sacrificii immundus sit:et immunditia eius in ipso sit,Tertiam, q. etsi carnes mũde sint et ipse qui edit mũdus sit:tamen ne cõtigerit aliquid immundũ uel a pecoribus/uel ab auibus/uel ex omnibus que immũda pronũciata sunt. Et hec quidẽ uolũtas est legis:de ritu sacrificiorũ corporaliũ sancientis, Secundũ uero nostre expositionis ordinẽ ubi carnes sancte/uerba intelligunt esse diuina:huiusmodi habenda est obseruatio.quia sepe accidit mũdas carnes contingi ab aliquo immũdo, Vt uerbi causa dixerim,si quis de deo patre ac de unigenito eius & spiritu sancto/digno deitatis mysterio:purũ faciat synceruũq; sermonẽ/similiter et de omnibus creaturis rationabilibus:tanq̃ a deo factis ad hoc/ ut caperent et intelligerent eũ. nõ autẽ consequenti mysterio asserat etiã carnis resurrectionẽ,Primus quidẽ eius sermo qm̃ perfecte & sancte disseruit: solid⁹ cibus et carnes sancte sunt,Hoc uero quod his addit/resurrectionẽ carnis negando:quia alienũ a fide est/superioribus iunctũ perfectis et fidelib⁹ uerbis:sanctas carnes contaminauit & polluit,Ideo ergo precepit legislator ne mãducẽtur huiusmodi carnes:quibus imunditia infidelitatis alicuius adiungitur,Propterea &
1.Cori.5. apostolus dicit, Eteni diẽ festũ celebrem⁹ non in fermento ueteri neq; in fermẽto malicie et nequitie:sed in azimis synceritatis & ueritatis. Secũdũ imũditie genus est:ne ipse qui carnes edit immũdus sit/et imũditia eius in ipso sit, quod hoc modo intelligi potest. Verbi gratia,si sit aliquis nature florẽtis et ardẽtis ingenii: nõ cõtinuo aptus uidebitur ad suscipienda uerbi dei mysteria. Sed queritur etiã

hoc/ut pri9a pphanis actibus & imūdis opibus separet: et ita demum eruditiōis capax fiat/si prius capax fuerit sanctitatis, Simile his in Numeris inuenimus scriptum:ubi dominus carnes celicas dedit filiis Israel & dicit/sanctificamini in crastinū:ut māducetis carnes, hoc ostēdēs q nisi sāctificati essent pri9 et mūdi effecti:carnes eis nō daret deus, Bene autē clementiā dei legislator ostēdit: ut non diceret/quia nō māducet carnes in quo fuit imūditia.sed ait:in quo imūdicia ei9 ē, Nemo etenim fere inuenitur:in quo nō fuit immundicia, Inueniri autem potest/ in quo fuerit quidem:sed audita lege dei ultra iam non sit, Q si permanet in eo immunditia sua/et his auditis conuerti non uult & mundari: peribit inquit anima illa de populo suo.Tertia est immunditie species/quia is qui mundus est aliqd contigit immūdum:& non tam suo peccato q aliena contagione polluitur.ut puta si quis utatur societate/amicitiis & cōsortio hominis liuidi uel iracūdi uel adulteri:et ipse quidem propriis actibus non inseratur sceleribus eius / uideat tamen eum et intelligat quomodo fratrem suum odit & homicida est/uel quomodo insidiatur aliene mulieri & adulter est/uel quomodo in ceteris quibusq sacrilegus est/nec deprehensis his discedit ab eius consortio: ipse est qui contingit immundum animal/uel auem uel morticinum/et aliena imunditia ipse pollutus est, De diuersitatibus autem immundorum pro ut occurrere potuit: in superioribus diximus. An nō et apostolus secundum hanc eandem precepit formam:cum dicit: Nunc autem scribo uobis in epistola: ut nō commisceamini. Si quis frater nominatur fornicator/aut auarus aut idolis seruiens aut ebriosus aut rapax:cum huiusmodo nec cibum sumere, In quibus omnibus quid est aliud quod precepit:nisi ne alienis peccatis & immunditiis polluamur: ¶ Deinde uero subiungit littera: quod sequitur, Et locutus est inquit dominus ad Mosem dicens, Loquere ad filios Israel et dices. Omnē adipem boum & ouiū & caprarum non edetis, & adeps morticinorum & a fera captorum: non erit ad omne opus/et in esca non edetur, Omnis qui edit adipem ex pecoribus ex quib9 offeretis hostiam domino: peribit anima illa de populo suo, Et omnem sanguinem non edetis in omni abominatione uestra:a pecoribus et uolatilibus. Omnis anima quecunq manducauerit sanguinē:peribit anima illa de populo suo. ¶ Adipes quidem eorum animalium que in sacrificiis offeruntur/& aliorum nullorum:edi uel in usu haberi abnegat legislator, sanguinem uero omnis carnis comedi uetat. In superioribus locum mysticum pertractantes ubi uitulus in holocaustum dabatur pro populo et adipes imponebantur altari:sanguinem quidem quo ex parte aliqua cornua linebantur/ reliquus uero ad basim effundebatur altaris: eorum accipimus figuram qui residuus dicuntur Israel/ et postq plenitudo gentium subintroierit: salutem in nouissimis sperant, Adipes uero animam diximus Christi:que est ecclesia amicorū ei9 pro quibus animam suam ponit, Potest ergo fieri et in hoc loco/ut quod mandat neq adipes edat ex iis que domino offerūtur:hoc est quod et dominus dicit. Ne quis scādalizet unum ex istis minimis qui credunt in me, Q autem sanguis nullius animalis edi iubetur:illud fortasse sit/quod de Israeliticis dicit apostolus. Ergo si fracti sunt rami ut ego inserar: bene propter incredulitatem fracti sunt. Tu

Nume.11, 1.Cori,5, Leuiti.7, Roma,11 Ioan,15, Math,18, Roma,11

sunt super pectusculum:iponuntur altari, Ipsum uero pectusculum: Aaron et filiis ei9 / sed et brachium dextrum separari precepit / et esse muneris loco ex sacrificio salutari, Vides quib9 munerib9 honorat sacerdos, Pectusculũ accipit et brachium:sed brachium dextrum. Putamus non esse aliquid rationis: q̃ ex omnib9 membris animalium que iugulantur in sacrificiis / hec potissimum membra delecta sint? Ego puto q̃ si quis dicit se esse sacerdotem dei / nisi habeat pect9 ex omnibus mẽbris electum:non est sacerdos, Et nisi habeat brachium dextrum: non potest ascendere ad altare domini / nec sacerdos nominari, Quod ergo est sacerdotis pectus aut quale? Ego tale puto esse:quod plenum sit sapientia / plenum scientia / plenum omni diuina intelligentia, Et quid dico plenũ intelligentia? immo quod plenũ sit deo, Quale est et brachiũ sacerdotis: quod ei offerunt filii Israel pro salute sua qua saluantur? Forme sunt singule iste que scribuntur in lege:eorum que in ecclesia geri debent, Alioqui nec fuisset necessarium legi hec in ecclesia:nisi ex his edificatio aliqua audientibus preberetur, Si ergo sacerdos ecclesie per uerba & doctrinam / et multam solicitudinem suam / et laborem uigiliarũ conuertere potuerit peccatorem et docere eum ut meliorem uiam sequatur / ad timorem dei redeat / cogitet spem futurorum / a malis actibus desinat et conuertatur ad bonos / si inq̃ tale opus fecerit:consequens est eum qui ipsius labore saluatur / deo gratias agere et offerre hostiam salutaris pro eo q̃ salutem consecutus est, In qua hostia pars efficitur sacerdotis: pectusculum et brachium dextrum, ut sit indicium q̃ pectus eius & cor quod ante mala cogitabat: sacerdotis labore conuersum recepit cogitationes bonas / & ita mũdatum est ut etiam dominũ possit uidere, Similiter in brachio illud indicium est: q̃ mala ei9 opera et sinistra que sunt utiq̃ praua et non bona / conuertit in dextera ut sint secundũ deum, Et hoc est dextrũ brachium:in quo pars dicitur esse sacerdotis, Sed & uos deprecamur qui hec auditis: detis pectuscula / offeratis pectora uestra sacerdotibus dei, ut auferant ex his omne quod crassum est: ut sacerdotalem eam faciant portionẽ. Date nobis etiã brachia / sed dextra a uobis poscimus brachia:sinistra minime uolumus / dextra nobis opera requirimus, Sed et hoc quod addit / pectusculum dici appositionis et brachium redemptionis:nõ sine causa dictum uidetur, Et ideo uelim requirere: quid est quod apponendum est pectusculo / ut fiat pectusculum appositionis, Posteaq̃ ablatum fuerit a corde tuo omne quod crassum est / et mũdatũ fuerit ab omni operimento quod igni tradendum est: restat ut ei apponatur gratia spiritus sancti / et tunc fiet pectusculum appositionis, Sed et brachium separationis siue redemptionis:quomodo erit et brachium separatiõis? Scias et intelligas discernere que sint opera lucis et que sint opera tenebrarum: et separa actus lucis de tenebris / ut sint opera tua in lumine. Brachiũ tuum utiq̃ efficitur brachium separationis:uel cum separaueris te ab omni fratre inquiete ambulante / uel certe cum secundum prophetam separant se et exeunt de medio peccato Nume, 16
rum:qui portant uasa domini, Deniq̃ uernacula quadam consuetudine scriptu
re / id commune esse dicitur:quod immundum est, sicut et ad Petrum uox de ce Actuũ, 10
lo dicit, Quod deus mũdauit:tu cõmune ne dixeris, Cõsequẽter ergo si id quod

immundum est/commune appellatur:quod sanctum est/nominabitur separatũ. Sed et illud addim9,Si quis dei solius seruus est:cõmunis nõ potest dici. Si quis autem communis est:dubium non est q, multorum sit/& ideo communis dicat. Grande est in hoc sermone mysterium/quod Israel secundum carnem in usum quidem habet:sed intellectum non habet communem. Dicunt & illi hominẽ immundũ:sed cur communis dicatur/ignorant. Discant ergo ab ecclesia dei q, qui sanctus est:solius dei est/& cum nullo ei communio est. Qui autem peccator est: et immundus & multorum est. Multi enim demones possident eum:& ideo communis appellatur. Deniq; ille qui in euangeliis a domino curatus est/cum interrogatus esset quod tibi nomen est:dixit/legio.multi enim sumus. Hec licet in excessu quodam/necessario tamen addita uidẽtur:ut mysterium pectusculi impositionis & brachii separationis quare scriptum sit diceremus, que est eterna portio sacerdotibus data:qua dignos nos facere deus dignetur,ut pro cordis puritate & operum probitate:in diuino sacrificio habere participiũ mereamur. Per eternum pontificẽ dominum saluatorem nostrum Ihesum Christum:cum quo est deo patri cum spiritu sancto/gloria et imperiũ in secula seculorũ. AMEN.

Marci,5.

¶ Libri quinti Cyrilli in Leuiticum/finis.

¶ Eiusdem liber sextus:de indumentis pontificis & sacerdotum.

2,Cori,3.

Ausam quare hec que nobis recitantur intelligi possint aut non intelligi:breuiter ostendit apostolus dicens/eius oculis posse ueteris testamenti uelamen auferri:qui conuersus ad dominum fuerit,ex quo sari uoluit/q, quanto minus hec nobis plana sunt:tãto maior esse debet ad dñm nostra conuersio. Et ideo omni uirtute nitendũ est/ut ab occupationibus seculi & a mundanis actibus liberi/& ipsas etiam si fieri potest superfluas sodalium fabulas relinquentes: uerbo dei operam demus/& in lege eius meditemur die ac nocte/ut toto corde cõuersi:reuelatam & apertam Mosi faciem possimus aspicere,et maxime in iis que nunc recitata sunt de sacerdotalib9 indumẽtis:uel de consecratione pontificis. In quibus talia quedam dicuntur: ut etiam illum ipsum carnalem Israel ab historica intelligentia penitus excludant. Et ideo nobis ad hec exponenda non humani ingenii uiribus nitendum est: sed orationibus & precibus ad deum animi nostri conuertendi. In quo etiam uestro adiutorio indigemus:ut deus pater uerbi det nobis uerbum in apertione oris nostri/ut possimus cõsiderare mirabilia de lege eius. ¶ Est ergo initiũ eorum que hodie recitata sũt:in his uerbis. Hec est unctio Aaron & unctio filiorum eius ab hostiis domini:qua die applicuit eos sacrificare domino/sicut precepit dominus dare illis, qua die unxit eos a filiis Israel:legitimum eternum in progenies eorũ. hec est lex holocaustorũ & pro peccato & pro delicto/& consumationis & sacrificii salutaris:sicut mandauit dominus Mosi in monte Syna, qua die precepit filiis Israel offerre munera sua coram domino in deserto Syna. ¶ Cum proposuerit dicere legislator/hec est unctio Aarõ & filiorum eius:nõ subiunxit que esset unctio/nec qualiter unxisset exposuit/sed hoc quidem in sequentibus facit. Nunc uero posteaq̃ dixit/hec est unctio Aaron & filiorum eius: nichil de unctione subiungit.

Leui,7.

Profecto ut ostenderet: quia hec que supra dixerit / id est pectusculum impositio nis & brachium separationis: ipsa esset unctio Aaron & filiorum eius, nec putaremus illa pro carnalibus dicta; sed ut doceret etiam ipsa sub sacramento unctiõis inserta. Deniq; in sequentibus repetit ea que superi9 exposuerat: & dicit / hec lex holocaustorum & sacrificii pro peccato. hec: id est que supra exposita sũt, ut uideatur esse anacephalosis: id est recapitulatio sacramẽtorũ que in superiorib9 lati9 fuerant enarrata. ¶ Post hec uero subiungit. Et locutus est (inquit) dominus ad Mosem dicens. Sume Aaron & filios eius / & stolas & oleum unctionis & uitulum qui est pro peccato & duos arietes & canistrum azimorum: & omnẽ synagogã conuoca ad ianuam tabernaculi testimonii. Et fecit Moses sicut precepit ei dominus: & conuocauit synagogam ad ianuam tabernaculi testimonii / & dixit Moses ad synagogã, hoc est uerbum quod mandauit dominus facere. Et applicuit Moses Aaron fratrem suum & filios eius / & lauit eos aqua: & uestiuit eum tunica / & precinxit eum zona / & uestiuit eum tunicam interiorem / & imposuit ei humerale: et cinxit eum secundum facturam humeralis / & constrinxit eum in ipso. Et imposuit super eum logium / & imposuit super logium manifestationem & ueritatem: & imposuit mitram super caput eius. Et posuit supra mitram ante faciẽ eius laminam auream sanctificatam: sicut preceperat dominus Mosi. ¶ Intentis auribus & uigilanti corde consecrationem pontificis uel sacerdotis audite: quia & uos secũdum promissa dei sacerdotes domini estis / gens enim sancta & sacerdotium estis. Accepit enim Moses secũdum preceptum domini Aaron & filios ei9: et primo quidem lauat / postea uero & induit eos. Considerate diligentius ordinẽ dictorum, primo lauat: postea induit. Non enim potest indui: nisi ante lotus fuerit. Lauamini ergo & mundi estote: auferte nequitias uestras ab animis uestris. Nisi enim hoc modo lotus fueris: nõ poteris induere dominũ Iesum Christum, secundum quod dicit apostolus. Induite dominum Iesum Christum: et carnis curã ne feceritis in cõcupiscẽtiis. Lauet te igitur Moses: ipse te lauet / & ipse te induat. Quomodo te lauare potest Moses; frequenter audistis. Sepe enim diximus: q. Moses in scripturis sanctis pro lege ponatur, sicut in euangelio dictum est. habent Mosem & prophetas: audiant illos. Lex ergo dei est: que te lauat. Ipsa sordes tuas diluit / ipsa si audias eam: peccatorum tuorum maculas abstergit. Ipse est Moses hoc est lex: que sacerdotes cõsecrat. neq; potest sacerdos esse: quem nõ lex cõstituerit sacerdotem. Multi enim sunt sacerdotes: sed quos non lauit lex / neq; puros reddidit uerbum dei / neq; abluit a peccatorum sordibus sermo diuinus. Sed et uos qui sacrum baptisma desideratis accipere et gratiam spiritus promereri: prius debetis ex lege purgari / prius debetis audito uerbo dei uicia beluina resecare / et mores barbaros ferosq; componere; ut mansuetudine & humilitate suscepta / possitis etiam gratiam sancti spiritus capere. Sic enim dicit dominus per prophetam. Super quem requiescam: nisi super humilem & quietum / & trementem sermones meos. Si humilis non fueris & quietus: non potest inhabitare in te gratia spiritus sancti, neq; requiescet in te spiritus domini; si non cum tremore suscipis uerba diuina. Superbam namq; & contumacem animam / & fictam: refugit

Leui, 8.
1, Petri, 2.
Esaie, 1.
Roma, 13
Luce, 16.
Esaie, 66
Sapien, 1

spiritus sanctus,Debes ergo prius meditari legem dei:ut si forte actus tui intemperati sunt & mores inconditi/lex te emendet et corrigat,Vis uidere quia Moses semper cum Ihesu est/ hoc est lex cum euangeliis:doceat te euãgelium, Quia cũ
Math, 17 trãsformatus esset in gloriam Ihesus:etiam Moses & Helias simul cum ipso apparuerunt in gloria.ut scias quia lex & prophete & euangelium : in unum semper ueniunt/& in una gloria permanent, Deniq; & Petrus cum uellet ei tria tabernacula facere:de imperitia notatur/tanq̃ qui nesciret quid diceret.Legi enim & ꝓphetis/& euangelio:non tria sed unum est tabernaculum/ que est ecclesia domini.Lauat ergo primo Moses sacerdotem dei,et cum eũ lauerit & purgatum reddiderit sordibus uiciorum:post hec induit eum , Sed consideremus que sunt ista indumenta/quibus induit Moses fratrem suum Aaron põtificem primum:si forte possibile sit etiam sibi/indui eisdem uestimentis & esse pontificem,Est quidem unus pontifex magnus/dominus noster Ihesus Christus , sed ille non sacerdotũ est pontifex:sed pontificum pontifex,nec sacerdotum princeps est: sed princeps principum sacerdotum.Sicut & rex non dicitur plebis:sed regum rex , & dominus non seruorum:sed dominus dominorum,Potest ergo fieri si & quis lotus fuerit per Mosem/& fuerit ita mundus quasi quem Moses lauerit: tantus ille ac talis possit etiam peruenire ad hec indumenta que profert Moses/& stolas istas quibus induit Aaron fratrem suum & filios eius.Sed non solum indumẽtis opus est ad sacerdotales infulas:uerum & cingulis,Sed priusq̃ de specie ipsa indumentorũ dicere incipiamus:uelim conferre illa infelicia indumẽta quibus primus homo cum peccasset indutus est/cum his sanctis & fidelibus indumentis.et quidem illa
Gene, 3. dicitur deus fecisse,Fecit enim (inquit) deus tunicas pelliceas:& induit eas Adã & mulierem eius,Ille ergo tunice de pellibus erant ex animalibus sumpte , Talibus enim oportebat indui peccatorem,pelliceis inquam tunicis:que essent mortalitatis quam pro peccato acceperat/& fragilitatis eius que ex carnis corruptione ueniebat/indiciũ,Si uero iam lotus ab his fueris & purificatus per legẽ dei:induet te Moses indumẽto incorruptionis,ita ut nusq̃ appareat turpitudo tua:& ut absorbeatur mortale hoc a uita.
1,Cori,5. ¶ Videam⁹ ergo quali ordine põtifex cõstituit,Cõuocauit inquit Moses synagogã/& dixit ad eos,Hoc est uerbum quod precepit dominus,Licet ergo domin⁹ de constituendo pontifice precepisset & dominus elegisset:tamen conuocatur & synagoga,Requiritur enim in ordinando sacerdote & presentia populi:ut sciant om̃s & certi sint q; prestãtior est ex omni populo, Qui doctior/qui sanctior/qui in omni uirtute eminentior ; ille eligitur ad sacerdotiũ et hoc astante populo/ nequa postmodum retractatio cuiq̃/ne quis scrupulus resideret,Hoc est autem:quod & apostolus precepit iu ordinatione sacerdotis dicens.
1.Timo, 3 Oportet autem et testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt. Ego autem & amplius uideo aliquid in eo quod dicit:quia conuocauit Moses omnem synagogam,& puto q; conuocare synagogam hic sit colligere & in unum congregare omnes animi uirtutes,ut cum sermo de sacerdotalibus sacramentis habet: uigilent omnes animi uirtutes & intẽte sint,Nichil sapientie/nichil scientie/ nichil desit industrie:sed assit omnis multitudo sensuum/assit omnis congregatio

ſanctarum cogitationum, ut quid ſit põtifex / quid unctio / quid indumenta ei⁹: conferens intra ſacrarium cordis ſui poſſit aduertere, Lauit ergo eum & induit. Quali indumento? Tunica inquit / & precinxit eum zonam: & iterum ueſtiuit eũ tunicam talarẽ / uel ut alibi legimus: interiorem, Duabus ut uideo tunicis per Moſem induitur pontifex, ¶ Sed quid facimus: quia Iheſus ſacerdotes ſuos / apoſtolos noſtros prohibuit uti duabus tunicis? Et ſi dixerimus q̃ Moſes & Iheſus / id eſt lex & euangelia ſibi inuicem conſonarent: poſſet fortaſſe dicere alius / quia q̃ p̃cepit Iheſus duas tunicas non habendas: non eſt contrarium legi ſed perfectius lege, Sicut & cum lex homicidium uetat: Iheſus etiam iracundiam reſecat, Et cum lex prohibet adulterium: Iheſus etiam concupiſcentiam cordis abſcidit, Sic ergo uidetur & duabus ante tunicis pontificem: hic una apoſtolos induiſſe, ſiquidem etiam iſte ſenſus: probabilis ſibi uidetur, Ego tamen non intra huius intelligentie anguſtiam pontificalia ſacramentalia concludo: amplius michi ex iſta forma aliquid uidetur oſtendi, Pontifex eſt qui ſcientiam legis tenet: et uniuſcuiuſq; myſterii intelligit rationes. & ut breuiter explicem: qui legem & ſecundum ſpiritum et ſecundum litteram nouit, Sciebat ergo pontifex ille quem tunc ordinabat Moſes: quia eſſet circunciſio ſpiritalis, ſeruabat tamen & circunciſionem carnis: q̃a incircunciſus pontifex eſſe non poterat, Habebat ergo iſte duas tunicas: unam miniſterii carnalis / & aliã intelligentie ſpiritalis. Sciebat quia & ſacrificia ſpiritalia offerri debent deo: offerebat tamen nihilominus & carnalia, Non enim poterat eſſe pontifex eorum qui tunc erant: niſi hoſtias immolaret, Ita ergo conuenienter ille põtifex: duabus indutus tunicis dicitur, Apoſtoli uero qui dicturi erãt / quia ſi circuncidamini: Chriſtus nihil uobis proderit, et qui dicturi erant: quia nemo uos iudicet in cibo aut in potu aut parte diei feſti / aut neomenie / aut ſabbatorum: que ſũt umbra futurorum, Iſti ergo ut huiuſmodi ſecundum litteram legis obſeruantias penitus repudiarent / nec occuparent diſcipulos Iudaicis fabulis / & imponerent eis iugum quod neq; ipſi neq; parentes eorum portare potuerunt: merito duas habere tunicas prohibentur / ſed ſufficit eis una / & hec interior, Nã iſtam que foris eſt & que deſuper apparet: legis tunicam ipſi nolũt, Vnam namq; eis Iheſus & ipſam interiorem: habere permittit, Imponit tamen Moſes pontifici & humeralem: qui eſt humerorum quidem ex circunductiõe ueſtis ornat⁹, Humeri autem: operum tenent laboris indicia. Vult ergo pontificem eſſe etiam in operibus ornatum: nec ſufficit ſola ſcĩetia. Quia qui fecerit & docuerit: hic magnus uocabitur in regno celorum. ¶ Et cinxit inquit eum ſecũdum facturam humeralis. Iam & ſuperius dixerat / quia cinxerat eum zona ſuper tunicam: & modo iterũ cingitur ſecundum facturam humeralis. Quod eſt iſtud duplex cingulum: quo conſtrictum uult eſſe ex omni parte pontificem? Conſtrictus ſit in uerbo / conſtrictus in opere / expeditus ad omnia: nichil remiſſũ / nihil habeat diſſolutum, Accinctus ſit animi uirtutibus: conſtrictus ſit a corporalibus uiciis. Nullum anime lapſum / nullum corporis timeat: utroq; cingulo ſemper utatur / ut ſit ſanctus corpore & ſpiritu, Bene autem eſt: q̃ et ſecundum facturam humeralis cingitur, Secundum facturam enim ſuam & ſecundum opera ſua: cingulo uirtu

Math, 10.
Exodi, 20
Math, 5.
Gala, 5.
Coloſ, 2.
Actuũ, 15
Math, 5.

„ tis utetur , ¶ Et post hec inquit imposuit super eum logium / quod est rationale
„ et imposuit super logium / manifestationem & ueritatem / & imposuit mitram su
„ per caput eius, Sed uideamus quid logium / quid rationale significet. Posteaq̄ nu ditas tecta est & indumentis turpitudo uelata / postq̄ munitus operibus & cingu lo utroq; formatus: logium ei id est rationale traditur. Logium / sapientie indici um est: quia sapientia in ratione consistit, Sed que sit sapiētie huius & rationis uir tus: ostendit, Imponit enim super rationale: manifestationem & ueritatem, Non enim sufficit pontifici habere sapientiam et scire omnium rationē: nisi possit etiā populo manifestare q̄ nouit, Ideo ergo imponitur ei rationale & manifestatio: ut
i, Petri, 3, possit respondere omni poscenti se rationem de fide & ueritate, Ponitur autem super illud & ueritas: ut non illa astruat que proprio excogitare quiuit ingenio / sed que ueritas habet / nec unq̄ a ueritate discedat / ut in omni sermone eius sem per ueritas maneat, Hoc est ergo superposuisse rationali manifestationem & ue ritatem, Infelices illi / qui hec legentes: omnem intelligentiam suam erga sensus uestimenti corporalis effundūt. Dicant nobis: quale est uestimentum manifesta tionis / aut indumentum quale est ueritatis? Si quis unq̄ uidit / si quis audiuit ma nifestationem & ueritatem indumenta nominari: dicat nobis que sunt mulieres que ista texuerunt? In quo hec unq̄ sunt cōfecta textrino? Sed si uerum uultis au dire: sapientia est que huiusmodi confecit indumenta, Illa occultorum manifesta tionem: illa texit rerum omnium ueritatem, Hanc ergo oremus a domino ut ac cipere mereamur: & ipsa nos talib9 circundabit indumentis. Sed et ipse ordo re rum q̄ sanctus sit & q̄ mirabilis: intuere. Non ante logium & postea humerale: q̄a non ante sapientia q̄ opera, sed prius opera haberi debēt: & postea sapientia que renda. Tum deinde non ante manifestatio: q̄ rationale. quia non ante alios doce re: q̄ nos instructi & rationabiles esse debemus, Super hec autem additur ueritas: quia ueritas est summa sapientia. Deniq; & propheta hunc eūdem ordinem ser
Osee, 10, uat: cum dicit. Seminate uobis ad iusticiam / & metite fructum uite: illuminate uo bis lumen scientie, Vides quomodo non dicit primo / illuminate uobis lumē scien tie, sed primo: seminate uobis ad iusticiam. Et non sufficit seminare: sed metite in quit fructum uite / ut post hec possitis implere quod sequitur: illuminate uobis lu men scientie, Sic ergo etiā hic imponitur humeralis ornatus: & id nō sufficit / sed et zona constringitur, Sed & hoc quidem nō satis est, secundo adhuc cingitur / ut ita demum rationale possit imponi: ut post hec manifestatio subsequat̄ & ue ritas, His indumētis pontifex utitur, tali ornatu debet indui: qui sacerdotium ge rit, sed nondum finis, Et alius adhuc addendus ornatus est, Necesse est enim: ut accipiat etiam coronā. Propterea accipit primo cydarim: quod est uel operimē tum quoddam capitis uel ornamentum, Et post hec supponitur ei mitra ante fa ciem: id est a fronte pontificis lamina aurea sanctificata / in qua sculptum dicitur uocabulū dei, Verum iste capitis ornatus ubi nomen dei impositum dicitur: post illa omnia quibus inferiora corporis membra fuerant exornata / supponitur, In quo michi indicari uidetur: q; super omnia que uel de mundo uel de ceteris crea turis sentiri aut intelligi possunt / eminentior tanq̄ authoris omnium scientia dei

sit, Et quia ipse caput est omnium: ideo et ornatus iste super omnia capiti super= ponitur, nihil eni post hec additur põtificis capiti. Et ideo miseri sunt illi: de quib9 dicit apostolus, Quia non tenent caput: ex quo omnis iunctura connexa et com= Coloss. 2. paginata crescit in crementum dei in spiritu. Sed nos si bene intelligimus quis sit sacerdotis ornat9 / quis uel super omnia honor capitis eius: mysteriorum diuino= rum profunda mirantes / non scire tantum hec & audire: sed & implere desidero mus & facere, quia non auditores legis iustificabũtur apud dominum: sed facto= Roma. 2. res. Potes enim et tu (ut sepe iam diximus) si studiis et uigiliis tuis huiuscemodi ti bi preparaueris indumenta / si te abluerit et mũdũ fecerit sermo legis / & unctio chrismatis et gratia in te baptismi incõtaminata durauerit: si indut9 fueris indu= mẽtis duplicibus littere ac spiritus / si etiam dupliciter accingaris: ut carne et ani= mo castus sis / si humerali operum et sapientia rationali orneris / si etiam mitra ti= bi & lamina aurea plenitudo sciẽtie dei caput coronet: scito te (etiam si apud ho= mines lateas et ignoreris) apud dominum tamen agere pontificatũ intra anime tue templum. Vos eni estis templũ dei uiui, si spiritus dei habitat in uobis. ¶ Post 1. Cori. 3. hec que de consecratione eius dicũtur et de unctione: sparsim a nobis et sepe dis= serta sunt. Quod autem dicit, et applicuit Moses filios Aaron / et induit eos tuni cas / et precinxit eos zonas et imposuit eis cydaras: sicut precepit dominus Mosi: at tendendum est que sit differentia minorum sacerdotum ad maiora sacerdotia. Istis neq; bina indumenta traduntur / neq; humeralis / neq; rationalis / neq; capi= tis ornatus: nisi tantum cydaris & zone / que tunicam stringant. Et isti ergo acci piunt sacerdotii gratiam / & isti funguntur officio: sed non ut ille qui & humerali & rationali ornatur / qui manifestatione & ueritate resplẽdet / qui auree lamine ornamẽto decoraẽ, Vnde arbitror aliud esse in sacerdotib9 / officio fungi / aliud instructum esse in omnibus et ornatum, Quisq; enim potest solenni ministerio fungi ad populum: pauci tamen sunt qui ornati moribus / instructi doctrina, sa= pientia eruditi ad manifestandam ueritatem rerum sint peridonei: et qui scien= tiam fidei non sine ornamento sensuũ & assertionum fulgore deprom ãt / quod auree lamine capiti imposite designat ornatus, Vnum igitur sacerdotii nomen: sed non una uel pro uite merito uel pro animi uirtutibus dignitas, Et ideo in iis q̃ lex diuina describit / ueluti in speculo inspicere debet unusquisq; sacerdotum: & gradus meriti sui inde colligere, Qui si se uideat in his omnib9 (que supra expo= suimus) positum pontificalibus ornamentis / si conscius sibi sit q̃, uel in sciẽtia uel in actibus uel in doctrina tantus ac talis sit: sciat se summum sacerdotium nõ so= lum nomine sed et meritis obtinere. Alioqui inferiorem sibi gradum positũ no= uerit: etiam si primi nomen acceperit. Nõ nos sane debet preterire etiam hoc: qđ potest a studioso lectore proferri / in quo & ego sepe mecũ ipse hesitaui. In Exo= do enim legẽs ubi de sacerdotalibus mãdaẽ indumẽtis: iuenio octo esse species q̃ Exodi. 28 põtifici preparãtur / hic uero septẽ tantũmodo numerãtur, Require ergo qđ sit qđ omissũ est. Octaua species ibi ponitẽ cãpestre / siue (ut alibi legimus) femoralia linea: de quo hic iter cetera siluit idumẽta, Quid ergo dicem9? obliuionẽ da bim9 in uerbis spiritus sancti? ut cũ cetera oĩa secundo enarrauerit: in una eũ specie su

perius dicta ueritas latuerit? Non audeo hoc de sacris sentire sermonibus, Sed ui
deamus ne forte quoniam in superioribus diximus / hoc genus idumenti indiciũ
castitatis uideri: quo uel femora operiri uel constringi renes uidetur ac lumbi, ne
forte inquã non semper in illis qui tunc erant sacerdotes: has partes dicat esse de-
bere constrictas. Aliquãdo enim et de posteritate generis et successu sobolis in-
dulgetur, Sed et ego in sacerdotibus ecclesie huiusmodi intelligẽtiam non intro-
duxerim, Alio namq; uideo rem currere sacramẽto, Possunt enim et in ecclesia
Gala, 4, sacerdotes & doctores: filios generare / sicut et ille qui dicebat, Filioli mei quos ite
rum parturio donec formetur Christus in uobis, Et iterũ alibi dicit, Tametsi mul
1, Cori. 4. ta milia pedagogorũ in Christo habeatis: sed non multos patres. Nam in Christo
Ihesu per euangelium ego uos genui, Isti ergo doctores ecclesie in huiusmodi ge
nerationibus procreandis / aliquando constrictis femoralibus utũtur et abstinet
a generando: cum tales inuenerint auditores / in quib9 sciant se fructum habere
Actuũ, 16 non posse. Deniq; in actibus apostolorum refertur de quibusdam, q, non potui-
mus inquit in Asia uerbum dei loqui, hoc est imposita habuisse femoralia: et con
tinuisse ne filios generarent, qui scilicet tales erant auditores: in quibus et semen
periret: et nõ posset haberi successio, Sic ergo ecclesie sacerdotes cum incapaces
aures uiderint / aut cum simulatos inspexerint et hypocritas auditores: imponãt
campestre / utantur femoralibus. Nõ enim pereat semen uerbi dei: quia et domi-
Math. 7, nus eadem mãdat et dicit. Nolite mittere sanctum canibus / neq; margaritas ue-
stras ante porcos: ne forte cõculcent eas pedibus / et conuersi dirumpãt uos. Pro-
pterea ergo siquis uult põtifex nõ tam uocabulo esse q̃ merito: imitetur Mosem /
Exodi. 33. imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? quia nõ discedũt de tabernaculo do-
mini, Erat ergo Moses indesinẽter in tabernaculo domini, Quod autẽ opus eius
erat? ut a deo aliquid disceret: aut ipse populum doceret, Hec duo sunt põtificis
opera: ut a deo discat legendo scripturas diuinas et sepius ruminando / aut popu
lum doceat, Sed illa doceat que ipse a deo didicerit: non ex proprio corde uel ex
humano sensu / sed que spirit9 docet, Est et aliud opus quod facit Moses. Ad bel-
Exodi, 17 lum non uadit / non pugnat cõtra inimicos, Sed qd facit? Orat, et donec ille orat
uincit populus eius. Si relaxauerit & dimiserit manus: populus eius uincitur & fu
gatur, Oret ergo et sacerdos ecclesie indesinẽter / ut uincat populus qui sub ipso
est hostes inuisibiles Amalechitas: qui sunt demones impugnantes eos qui uolũt
pie uiuere in Christo. Et ideo nos in his meditantes et hec die ac nocte ad memo-
riam reuocantes et orationi instãtes ac uigilantes in eis; deprecemur dominũ ut
nobis ipse horum que legimus scientiam reuelare dignetur / et ostẽdere quomo-
do spiritalem legem non solum intelligentia sed & actibus obseruemus: ut spiri-
talem gratiam consequi mereamur / illuminati per legem spiritus sancti in Chri-
sto Ihesu domino nostro; cui gloria et imperium in secula seculorum Amen.

¶ Libri sexti Cyrilli in Leuiticum / finis.

¶ Eiusdem liber septimus. De eo quod mandatum est Aaron & filiis eius: ut uinum et siceram non bibant cum ingrediūtur tabernaculum testimonii / uel cum accedunt ad altare / et de pectusculo appositionis et brachio separationis / et de mundis uel immundis animalibus uel cibis.

P Lura quidē superiore lectiōe fuerāt recitata: ex quibus tēporis breuitate cōstricti pauca admodū diximus. Nō eni nūc exponēdi scripturas: sed edificādi ecclesiā ministeriū gerim⁹, quāuis et ex iis que a nobis tractata sūt: prudēs quisq; auditor euidēter ad intelligēdū possit semitas īuenire. Et ideo ex iis quoq; que nūc lecta sunt: qm̄ cūcta nō possum⁹ / aliqua tamē q̄ edificēt auditores / ueluti agri pleni quē bn̄dixit dn̄s flosculos colligemus. Quid ergo sit quod nūc nobis lectū est: uideam⁹. Et locut⁹ est dominus ad Aarō dicēs. Vinum et siceram nō bibetis tu et filii tui tecum: cum intrabitis in tabernaculum testimonii / aut cum accedetis ad altare / & nō moriemini. Legitimū eternum in progenies uestras: discernere inter medium sanctorū et contaminatorum / et inter medium immūdorum et inter medium mundorū / et instruere filios Israel omnia legitima que locutus est domin⁹ ad eos per manū Mosi. ¶ Lex euidens datur et sacerdotibus et principi sacerdotum: ut cum accedunt ad altare / uino abstineant & omni potu qui inebriare potest. quem scripture diuine moris est siceram nominare. Vult ergo sermo diuinus sobrios esse domini sacerdotes: utpote qui accedentes ad altare dei / orare pro populo debeant & pro alienis interuenire delictis / qui portionem in terra non habeant / sed ipse dominus portio eorum sit. Sic enim dicit de eis scriptura. Filiis inquit Leui nō dabitis partem in medio fratrum suorū: quia ego portio eo⁊ dominus deus ipsorū. Vult ergo istos quibus dominus portio est / sobrios esse / ieiunos / uigilātes in omni tempore. maxime autem cum ad exorandum dominum et sacrificandū in conspectu eius: altaribus presto sunt. Que mandata intantū uim sui seruant / et omni obseruantia custodienda sunt: ut et apostolus hec eadem noui testamenti legib⁹ firmet. In quo similiter etiam ipse sacerdotibus uel principib⁹ sacerdotū uite regulas pones: dicit eos nō debere esse uino multo seruiētes / sed sobrios esse. Sobrietas uero oīm uirtutū mater est; sicut ecōtrario ebrietas oīm uicio⁊. Apte eni p̄nunciauit apostol⁹ dicēs: uinū in quo est luxuria. ut ostēderet ex ebrietate ueluti primogenitā filiā generari luxuriā. Tū p̄terea et saluator / dn̄s & regis authoritate sacerdotib⁹ simul & populis leges ac iura cōstituēs: attēdite inq̄t ne forte grauēt corda uestra in ebrietate et crapula / & in solicitudinib⁹ seculi: & ueniat sup uos subitane⁹ interit⁹. Audistis edictū regis eterni: et lamentabilē finē ebrietatis uel crapule didicistis. Si quis uobis peritus et sapiens medicus his ipsis uerbis preciperet et diceret: attēdite uobis ne quis uerbi gratia de illius uel illius herbe succo auidius sumat. quod si fecerit: subitus ei ueniet interitus. non dubito q̄ unusquisq; proprie salutis intuitu: premonentis medici precepta seruaret. Nunc uerus animarum et corporum medicus / simulq; domin⁹: iubet ebrietatis herbam & crapule uitādā / similiter & solicitudinū seculariū uelut mortiferos succos cauēdos. Et nescio si quis nostrū nō ī his cōsumitur; ne dixerim sauciat. Est ergo ebrietas

Gene. 27
Leui. 10.
Nume. 18
1. Timo. 3
Ephe. 5.
Luce. 21.

uini:perniciosa in omnibus.Sola namq; est:que simul cum corpore et/animã debilem reddat.In ceteris etenim potest fieri:ut secũdum apostolum cum infirma-
2.Cori.12
2.Cori.4 tur corpus/tunc magis potens sit spiritus,Et ubi is qui de foris homo corrumpit: ille qui intus renouetur.In ebrietatis uero egritudine:corpus simul & anima corrumpitur/spiritus pariter cum carne uiciatur.Omnia membra debilia:pes/manus/lingua resoluta/oculos tenebre/mẽtẽ uelat obliuio/ita ut hominẽ se nesciat esse nec sentiat. Habet ergo istud primo dedecoris corporalis ebrietas.Iã uero si discutiamus quot modis mens inebriatur humana:inuenimus ebrios etiã eos qui sibi sobrii uidentur, Iracundia inebriat animam/furor uero eam plusq̃ ebriam facit:si quid tamen ebrietate esse amplius potest,Cupiditas et auaritia nõ solum ebrium:sed et rapidum hominem reddunt,et obscene concupiscentie inebriant animam:sicut econtrario et sancte concupiscentie inebriant eam/sed ebrietate sancta illa:de qua dicebat quidam sanctorũ,et poculũ tuum inebrians q̃ precla-
ps.22. rum est,Sed postmodum de ebrietatis diuersitate uidebimus, Nunc interim uide quanta sint que inebriãt animam,Et formido inebriat eam: et uana suspitio, Inuidia autem et liuor:supra omnem ebrietatem macerant eam,Sed enumerari non possunt:quanta sunt que infelicem animã uicio ebrietatis afficiant. ¶ Nunc interim de sacerdotibus uideam9:quos accedẽtes ad altare uino lex precipit abstinere,Et quidem quantum ad historicum pertinet preceptum:sufficiant ista q̃ dicta sunt,Quãtũ autem ad intelligentiam mysticam spectat:in superioribus te
Hebre.9. netur nostra professio/q, secundum authoritatem Pauli apostoli dominus et saluator noster futurorum bonorum pontifex dicitur,Ipse est ergo Aaron,filii ue-
Ioan.13. ro eius:apostoli eius sunt/ad quos ipse dicebat.Filioli adhuc modicum uobiscum sum,Quod ergo precepit lex Aaron et filiis eius/ut uinum et siceram non bibãt cum accedunt ad altare: uideamus quomodo in uero pontifice Ihesu Christo domino nostro & sacerdotibus eius ac filiis/nostris uero apostolis possum9 aptare, Et perspiciendum primo est/quomodo prius quidem q̃ accedat ad altare uerus hic põtifex cum sacerdotibus suis:bibit uinum,Cum uero incipit accedere ad altare et ingredi tabernaculum testimonii:abstinet uino.Putas possumus inuenire tale aliquid ab eo gestum? putas possumus ueteris instrumentis formas/noui testamenti gestis et sermonibus coaptare? Possumus:si nos ipsum dei uerbum et iuuare et inspirare dignetur,Querimus ergo quomodo dominus et saluator noster qui est uerus pontifex/cum discipulis suis qui sunt ueri sacerdotes:anteq̃ accedat ad altare dei/bibat uinum.cum uero accedere ceperit:non bibat uinũ,Venerat in hunc mundum saluator:ut pro peccatis nostris carnem suã offerret hostiam deo.Hanc priusq̃ offerret:inter dispensationum moras uinũ bibebat. De-
Math.11. niq; dicebatur homo uorax et uini potator:amicus publicanorum et peccatorũ,
Math.26 Vbi uero tempus aduenit crucis sue/et accessurus erat ad altare ubi immolaret hostiã carnis sue:accipiẽs inquit calicẽ benedixit et dedit discipulis suis dicẽs,Accipite et bibite ex hoc.uos inquit bibite:qui accessuri nõ estis ad altare, Ipse autẽ tanq̃ accessur9 ad altare:dicit de se, Amẽ dico uobis quia nõ bibã de generatiõe uitis hui9:usquequo bibã illud uobiscũ nouũ i regno pris mei.Si qs uestrũ auribus

ad audiēdum purificatis accedat: ineffabilis mysterii intueatur arcanum / quid
est quod dicit: quia non bibam ex generatione uitis huius / usquequo bibam illud
uobiscum nouum in regno patris mei, Dicebamus in superioribus: promissionē
bone huius ebrietatis sanctis datam cum dicūt, et poculum tuum inebriās: q̄ pre- ps,22.
clarum est, sed et in aliis multis scripture locis similia legimus: ut ibi, Inebriabun- ps,35,
tur ab ubertate domus tue: et torrente uoluptatis tue potum dabis illis, In Hiere Hiere,31.
mia quoq; dicit domin⁹, Inebriabo populum meum, Et Esaias dicit, Ecce qui ser- Esaie,65,
uiunt mihi bibent: uos autem sitietis, Et multa de huiusmodi ebrietate in scriptu
ris diuinis inuenies memorari: quia ebrietas sine dubio pro gaudio anime &
leticia mentis accipitur, sicut et alibi distinxisse nos memini: aliud esse nocte ine-
briari / et aliud die inebriari, Si ergo intelleximus que sit sanctorum ebrietas / &
quomodo hec pro leticia sanctis in promissionibus datur: uideamus nūc quomō
saluator noster non bibit uinum / usquequo bibat illud cum sanctis nouum in re
gno dei, Saluator meus luget etiam nunc peccata mea / saluator meus letari non
potest: donec ego in iniquitate permaneo, Quare non potest? quia est aduocat⁹
pro peccatis nostris apud patrem: sicut Ioānes euāgelista pronūciat dicens, Quia
si quis peccauerit: aduocatū habem⁹ apud patrem Ihesum Christū iustū / & ipse 1,Ioan.2.
est repropiciatio ꝓ peccatis nostris, Quomō ergo potest ille q aduocat⁹ est ꝓ pec
catis meis: bibere uinū leticie / quē ego peccando contristo? Quomodo potest iste
qui accedit ad altare ut repropiciet me peccatorem / esse in leticia: ad quē pecca-
torum meorū meror semper ascendit? uobiscum inquit illud bibam in regno pa
tris mei, Quādiu nos non ita agimus ut ascendamus ad regnum: non potest ille Math,26
uinum bibere solus / quod nobiscū se bibere promisit, Est ergo tamdiu in merore
quādiu nos persistimus in iniquitate, Si enim apostolus ipsius luget quosdam qui 2,Cori,12
ante peccauerunt / et non egerunt penitentiam de iis que gesserunt: quid dicam
de ipso qui filius dicitur charitatis? qui semetipsum exinaniuit propter charitatē Philip,2,
quā habebat erga nos: et non quesiuit que sua sunt cū esset equalis deo / sed que-
siuit que nostra sunt, et propter hoc euacuauit se, Cum ergo ita que nostra sunt
quesierit: nunc iam nos non requirit / nec que nostra sunt cogitat? nec de errori-
bus nostris meret / nec perditiones nostras et contritiones deflet? qui fleuit super
Hierusalem: et dixit ad eam, Quoties uolui cōgregare filios tuos / sicut gallina cō Math,23.
gregat pullos suos sub alas: et noluisti, Qui ergo uulnera nostra suscepit / & pro-
pter nos doluit tanq̄ animarum nostrarum et corporum medicus: modo uulne-
nostrorum putredines negligit? Computruerunt enim (ut ait propheta) & cor- ps,37.
rupte sunt cicatrices nostre: a facie insipientie nostre, Pro his ergo omnibus assi- Hebre,7.
stit nūc uultui dei interpellās pro nobis / assistit altari ut repropiciationē pro no-
bis offerat deo, Et ideo dicebat tanq̄ accessurus ad altare: qa iā non bibā de gene
ratiōe uitis hui⁹ / donec bibā illud uobiscū nouū, Expectat ergo ut cōuertamur /
ut ipsi⁹ imitemur exēplū / ut sequamur uestigia ei⁹: & letet nobiscū & bibat uinū
nobiscū in regno pris sui, Nūc eni qa misericors est & miserator dns: maiore affe
ctu ipse q̄ apostol⁹ su⁹ / flet cū flētibus / & cupit gaudere cū gaudētib⁹, Et multo Roma,12
magis ipse luget eos q ante peccauerūt: et nō egerūt penitētiā, Neq; eni putādū 2,Cori,12

est q, Paulus quidem lugeat pro peccatoribus:et fleat pro delinquētibus. Domi-
nus autem meus Ihesus abstineat fletu cum accedit ad patrem / cum assistit alta-
ri et repropiciationem pro nobis offert, Et hoc est accedentem ad altare non bi-
bere uinum leticie:quia adhuc peccatorum nostrorū amaritudines patitur, Nō
uult ergo solus in regno dei bibere uinum:nos expectat, Si enim dixit / donec bi-
bam illud uobiscum:nos sumus igitur qui uitam nostram negligentes leticiam il-
l ūs demoramur, Expectat nos:ut bibat de generatione uitis huius. Cuius uitis? il-
Ioan.15. lius cuius ipse erat figura, Ego sum uitis:uos palmites, Vnde et dicit. quia sanguis
Ioan.6. meus uere est potus:et caro mea uere est cibus, Vere enim in sanguine uue lauit
Gene.49 stolam suam. Quid ergo expectat? leticiam, Quando expectat? Cum consuma-
uero(inquit)opus tuū, Quādo cōsumat hoc opus? Quādo me qui sum ultim⁹ &
nequior omnium peccatorum / consumatum fecerit & perfectū:tunc consumat
opus eius, Nūc enim adhuc imperfectum est opus eius:donec ego maneo imper-
fectus, Deniq; donec ego non sum subditus patri:nec ipse dicitur patri esse sub-
iectus, non quo ipse subiectione indigeat apud patrem:sed pro me in quo nōdū
opus suum consumauit / ipse dicitur non esse subiectus. Sic enim legimus:quoniā
Ephe.5. corpus sumus Christi / et membra ex parte, Quid autem est quod dicit ex parte:
uideamus. Ego nunc uerbi gratia subiectus sum deo secūdum spiritum : hoc est
proposito & uoluntate, sed quamdiu in me caro cōcupiscit aduersus spiritum &
spiritus aduersus carnem / et nondum potui subiicere carnem spiritui: subiectus
quidem sum deo / uerum non ex integro sed ex parte. Si autem potuero etiā car-
nem meam et omnia membra in consonantiam spiritus trahere:tūc perfecte ui-
debor esse subiectus, Si intellexisti quid sit ex parte et quid sit ex itegro esse sub-
iectum : redi nunc ad id quod de subiectione domini proposuimus / et uide quia
cum omnes corp⁹ ipsius et membra esse dicamur:donec sunt aliqui in nobis qui
nondum perfecta subiectione subiecti sunt / ipse dicitur non esse subiectus. Cum
uero consumauerit opus suum / et uniuersam creaturam ad summam perfectio-
nis adduxerit:tunc ipse dicit̄ subiectus in iis quos subdidit prī / et in quibus opus
1.Cori.15. quod ei pater dederat cōsumauit / ut sit deus omnia in omnibus. Verum hec quo
spectant? ut intelligeremus id quod supra tractauimus:quomō bibit uinū anteq̄
intraret in tabernaculum / anteq̄ accederet ad altare, et non bibit nūc:quia assi-
stit altari et luget peccata mea. et rursum bibet post hec:cum subiecta ei fuerint
omnia / ac solutis omnibus ac destructa morte peccati:ultra iam necessarium nō
erit offerre hostias pro peccato, Tunc enim erit gaudium et leticia:et tunc exul-
ps.50. tabunt ossa humiliata. et implebitur illud quod scriptū est, Aufugit dolor et tri-
Apoca.7 stitia & gemitus. Sed et illud non omittamus: q, non solum de Aaron dicit ut nō
bibat uinum / sed & de filiis eius cum ingrediuntur ad sancta, Nōdum enim re-
ceperūt leticiam suam / nec apostoli quidem : sed et ipsi expectant ut & ego leti-
cie eoꝝ pticeps fiā, Neq; enī discedētes hinc sancti cōtinuo itegra meritoꝝ suoꝝ
premia cōsequūtur:sed expectāt etiā nos licet morātes / licet desides, Nō enī est il-
lis perfecta leticia:donec pro erroribus nostris dolent / & lugēt nr̄a peccata. Hoc
fortasse mihi diceti non credas, Quis enim ego sum:qui confirmare sententiam

tanti dogmatis audeam? sed adhibeo horum testem: de quo nō potest dubitari, Magister enim gentiū est in fide & ueritate: apostolus Paulus. Ipse igitur ad Hebreos scribens cū enumerasset omnes sanctos patres qui per fidē iustificati sunt: addit post omnia etiam hoc, Sed isti inquit omnes testimonium habentes per fidem / nondum assecuti sunt repromissionem: deo pro nobis melius aliquid prouidente / ut non sine nobis perfectionem consequeretur, Vides ergo quia expectat adhuc Abraham: ut que perfecta sunt cōsequatur. expectat et Isaac et Iacob / & oēs prophete expectāt nos: ut nobiscū perfectā beatitudinē capiant. Propter hoc ergo etiā mysteriū illud in ultimā diē dilati iudicii custoditur, Vnum enim corp⁹ est: quod iustificari expectat, unū corpus est: quod resurgere dicitur in iudicio, Licet enim sint multa membra: sed unū corpus est, Nō potest oculus dicere manui: non es mihi necessaria, etiam si sanus sit oculus et non turbatus quantū pertinet ad uidēdum / si desint et reliqua mēbra: que erit oculo leticia? Aut que uidebitur esse perfectio: si manus nō habeat / si pedes desint / aut reliqua membra nō assint? Quia et si est precellēs aliqua oculi gloria: in eo uel maxime est / ut uel ipse dux sit corporis / uel ceterorum membrorū dirigat officia, Hoc aūt nos et per illā Ezechielis prophete uisionem doceri puto: cū dicitur congregandū esse os ad os et iuncturam ad iūcturam / et neruos et uenas & pellem ac singula: locis suis esse reparāda, Deniq; uide quod addit propheta, Ossa inquit ista: nō dixit omnes homines sunt / sed dixit: ossa ista domus Israel sunt, Habebis ergo leticiā de hac uita discedens: si fueris sanctus, Sed tūc erit plena leticia: cum nullum tibi membrum corporis deerit. Expectabis enī & tu alios: sicut ipse expectat⁹ es. Q; si tibi qui mēbrum es non uidetur esse perfecta leticia si desit aliud membrum: quanto magis dominus et saluator noster qui caput et author est totius corporis / nō sibi perfectam ducit esse leticiā: donec aliquod ex mēbris deesse corpori suo uidet, & propterea forte orationem fundebat ad patrem dicens. Pater sancte glorifica me illa gloria: quam habui apud te priusq mundus esset. Nō uult ergo sine te recipere perfectam gloriam suam. hoc est sine populo suo: qui et corpus eius & mēbra est, Vult in isto corpore ecclesie sue & in istis membris populi sui ipse uelut anima habitare: ut omnes motus atq; omnia opera secundum ipsius habeat uoluntatē: ut uere compleatur in nobis illud prophete dictum, habitabo in eis & inambulabo, Nunc autem donec perfecti non sumus omnes / sed adhuc sumus in peccatis: ex parte in nobis est, & ideo ex parte scimus et ex parte prophetamus: donec uenire quis mereatur ad illam mēsuram quam dicit apostolus. Viuo autem iam nō ego: uiuit uero Christus in me, Ex parte ergo (ut dicit apostolus) nunc membra eius sumus / & ex parte ossa eius sumus. Cum autē coniuncta fuerint ossa ad ossa et iuncture ad iuncturam / secundum hoc quod supra diximus; tunc etiam ipse dicet de nobis illud propheticum, Omnia ossa mea dicent: domine quis similis tibi? Omnia namq; ossa ista loquuntur: & hymnū dicūt & grās agunt deo, meminerūt enī beneficii ei⁹, Et ideo omnia ossa mea dicent, Dñe quis similis tibi? eripiēs pauperē de manu fortioris ei⁹, De istis ossibus cū adhuc essent dispersa / anteq̄ ueniret qui ea colligeret & congregaret in unū: dictū est et illud propheticū,

1.Timo,2 Hebr,11, 1.Cori.12 Ezech.37 Ioan.17 Leui,26 1.Cori,13 Gala,2 ps,34

ps,140. disperfa sunt ossa nostra secus infernum. Quia ergo dispersa erãt: propterea di
Ezech.37 citur per alium prophetam. Congregentur ossa ad ossa/et iunctura ad iũcturã:
et nerui et uene et pelles, Cum enim hoc factum fuerit: tũc omnia ista ossa dicẽt,
ps.34. Domine quis similis tibi? eripiẽs inopem de manu fortioris eius, Vnũquodq; enĩ
os ex istis ossibus inops erat: et atterebatur fortioris manu, Nõ enim habebat iũ
cturã charitatis/non neruos patientie / nõ uenas uitalis animi/et fidei uigorem,
Vbi uero uenit qui dispersa colligeret et qui dissipata congregaret/cõsocians ossa
ad ossa & iuncturam ad iuncturam: edificare cepit sanctũ corpus ecclesie. Hec
inciderũt quidem extrinsecus huic disputationi: sed necessario explanata sunt
ut manifestior fieret pontificis mei ingressus in sancta/non bibẽtis uinum q̃diu
sacerdotio fungitur. post hec tamen bibit uinum: sed uinum nouum, Et uinũ no
Apoca.21 uum in celo nouo/et in noua terra/et in nouo homine: cum hominibus nouis/cũ
iis qui cantant ei canticũ nouũ, Vides ergo quia impossibile est de nouitate nouũ
poculũ bibi ab eo: qui adhuc indutus est ueterem hominem cum actibus suis, Ne
Math.9. mo enim (inquit) mittit uinũ nouũ in utres ueteres. Si uis ergo et tu bibere de hoc
2.cori.4. nouo uino: innouare et dic, Quia etsi exterior homo noster corrũpit: sed qui in
tus est renouatur de die in diem, Et quidem de his sufficienter dictũ, Multa sunt
et alia que recitata sunt, sed quoniã cuncta non possumus: eligendũ est de quib9
dicere debeamus, Et quoniam quid esset bibere et non bibere uinũ / pro uiribus
diximus: nunc etiam quid sit comedere pectusculũ separationis et brachiũ obla
tionis / uideamus, et post hec de mundis & immundis uel cibis uel animalibus /
inquantum dominus dederit et temporis spacium fuerit: differemus, ¶ Dicit er
Leuiti.10 go scriptura, Pectusculum segregationis et brachium oblationis manducabis
» in loco sancto: tu et filii tui/& dom9 tua tecum, Legitimum enim tibi et legitimũ
» filiis tuis datum est a sacrificiis salutaribus filiorum Israel: brachium oblatiõis &
» pectusculum segregationis. Non omne pectusculum: segregationis est pectuscu
lum, nec omne brachiũ: oblationis uel separationis est brachium, Sed quoniam
ad dominum nostrũ Ihesum personã pontificis reuocauimus/ et ad filios ei9 san
ctos apostolos: uideamus quomodo ipse quidem pectusculum segregationis mã
ducat et filii eius/alii autem non omnes possunt segregationis pectusculum mã
ducare, Quid igitur est quod a rebus omnibus segregetur/nec est cõmune cum
reliquis: nisi sola substantia trinitatis? Si ergo intelligam quidem rationẽ mũdi/
non possim autem de deo intelligere sicut dignum est/neq; reuelata mihi fuerit
scientia dei: manduco quidem pectusculum/sed non pectusculum segregatiõis,
Sapien.7 etiam si potuero dicere, Ipse enim mihi dedit omniũ que sunt sciẽtiam ueram: ut
sciam rationem mundi et uirtutem elemẽtorum / initium & finem/medietatem
temporũ/ p̃mutationũ uicissitudines/et cõuersiones tẽporũ/ anni circulos/et stel
larũ positiones. Horũ omniũ sciẽtia quia rationabilis est: pectusculi cibus est/sed
nõ pectusculi segregatiõis, Si autẽ potuero de deo sentire q̃ magna/q̃ uera/q̃ san
cta sunt et segregata: tũc mãducabo pectusculũ segregatiõis/ cũ id q̃d ab omni
creatura eminet et segregatur/agnouero, Primo ergo pectusculũ istud: uer9 me9
Math.11. põtifex comedit, Quõ comedit? Nemo inquit nouit patrẽ nisi filius, Secũdo in lo

comanducabunt & filii eius, Nemo inquit nouit patrem nisi filius: & cui uoluerit Math, 11,
filius reuelare. Quibus autem aliis: nisi apostolis suis reuelat? Sed & brachium se
parationis uel oblationis / sicut superius diximus: actus sunt & opera eminentio-
ra / que ceteris utiq; pri9 ipse saluator & domin9 me9 impleuit. Quomõ impleuit? Ioan, 4.
Meus inquit cibus est: ut faciam uoluntatem eius qui me misit / & perficiam opus
eius, Cum ergo facit uoluntatem eius qui misit eum: in hoc non pectusculum sed
brachium segregationis comedit, Similiter autem & apostoli eius cum faciunt
opus euangelilte / & efficiuntur operarii inconfusibiles / recte tractantes sermonẽ
ueritatis: separationis uel oblationis brachium comedunt. Vis adhuc planius ui-
dere quomodo saluator separationis brachium comedat: audi quid dicit ad Iude
os, Si feci inquit in uobis opera que nullus alius fecit: pro quo horum uultis me oc Ioan, 10.
cidere? Vides quomodo ipse manducat brachium separationis: qui opera tam se-
gregata & tam sublimia q̃ nullus alius / fecit. ¶ Sed iam uideamus aliqua etiã ex
iis que de mundis atq; immundis uel de cibis uel de animalibus lecta sunt, Et si-
cut in explanatione poculi / de umbra ascendimus ad ueritatem spiritalis poculi:
ita etiam de cibis qui per umbram dicuntur / ascendamus ad eos qui per spiritum
ueri sunt cibi, Sed ad hec inuestiganda / scripture diuine testimoniis indigemus:
ne qui putent (amãt enim homines exacuere linguas suas ut gladium) ne qui inq̃ Psal, 63,
putent / q; ego uim faciam scripturis diuinis, & ea que de animalibus quadrupedi
bus uel etiam auibus aut piscibus mundis siue immundis in lege feruntur: ad ho-
mines trahã / et de hominib9 hec dicta esse confingam, Fortassis enim dicat quis
auditorum: cur uim facis scripture diuine? Animalia dicuntur: animalia intelligã
tur, Ne ergo aliquis hec deprauari humano credat ingenio: apostolica in his au-
thoritas reuocanda est, Audi ergo primo omnium: qualiter Paulus de his dicat,
Omnes enim (inquit) per mare trãsierũt / et omnes in Mose baptisati sũt / in nube 1. Cori, 10.
et mari: et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt / & omnes eundem
potum spiritalem biberunt, Bibebãt autem de spiritali: sequenti petra, Petra au-
tem erat Christus, Paulus hec dicit: hebreus ex hebreis / secundum legem phari- Philip. 3.
seus / edoctus secus pedes Gamalielis, qui utiq; nunq̃ auderet spiritalẽ escam / spi- Actuũ, 22
ritalem potum appellare: nisi hunc esse sensum legislatoris per traditam sibi ue-
rissime doctrine scientiam didicisset. Vnde et illud addit tanq̃ confidens & cert9
de ciborum ratione mundorum uel immundorum: q; non secundum litterã sed
spiritaliter obseruanda sint / & dicit, Ne quis ergo uos iudicet in cibo aut in potu / Colos. 2.
aut in parte diei festi aut neomenie / aut sabbato: que sunt umbra futurorum. Vi
des ergo quomõ hec omnia que de cibis uel de potu loquitur Moses: Paulus qui
melius ista didicerat q̃ hi qui nunc iactant se esse doctores / omnia hec umbram
dicit esse futurorum, Et ideo sicut diximus: ab hac umbra ad ueritatem debem9
ascendere Christiani, Et Christianis sermo est: quibus apostolorum cure esse de-
bet authoritas, Si quis uero arrogãtia tumida / apostolica dicta cõtemnit aut sper
nit: ipse uiderit. Mihi autem sicut deo & domino nostro Ihesu Christo: ita & apo ps, 72,
stolis eius adherere bonum est / et ex diuinis scripturis secundum ipsorum tradi-
tionem intelligentiam capere, Erit autem oportunum fortasse tempus: si tamen

et in inferioribus manebat, Venit ergo Cesaream / inuenit multos hic apud Cornelium congregatos: et ait ad eos post multa, Et michi inquit ostendit dominus: Actuū,10
neminem communem aut immundum dicere hominem, Videtur ne tibi Petrus apostolus quadrupedia illa omnia & reptilia & uolatilia / dilucide ad hominē trāstulisse: & homines intellexisse ea que sibi in linteo celitus lapso fuerāt demōstrata? ¶ Sed fortasse dicat aliquis, de quadrupedibus quidem et reptilibus & auib9 reddidisti rationem: q̧ homines intelligi debeāt. Da etiam de iis que in aquis sūt, quandoquidem lex etiam de ipsis munda esse quedam: & alia designat immūda. Nichil in his ut uerbis meis credatur exposco: nisi testes idoneos dedero. Ipsum uobis dominum & saluatorem nostrum Ihesum Christum / testem horum & authorem dabo: quomodo pisces / homines esse dicantur, Simile est inquit regnum celorum sagene misse in mare: que ex omni genere piscium colligit, & cum repleta fuerit: sedentes supra littus condunt eos qui boni sunt in uasis / qui autem mali: foras mittūtur, Euidenter edocuit eos qui retibus colligi dicuntur pisces: uel bonos homines esse uel malos, Isti ergo sunt: qui secundum Mosem pisces uel mundi uel immundi nominantur. ¶ His igitur ex authoritate apostolica atq̧ euangelica comprobatis: uideamus quomodo unusquisq̧ hominum uel mundus uel immundus possit ostendi, Omnis homo habet aliquem in se cibum: quem accedenti ad se proximo prebeat, Non eni potest fieri ut cū accesserimus adinuicem nos homines & conseruerimus sermonem: non aliquem uel ex responsione uel ex interrogatione uel ex aliquo gestu / aut capiamus inter nos gustū aut prebeamus. Et si quidem mundus homo est & bone mentis is de quo gustū capimus: mundū sumimus cibum, Si uero immundus sit quem contingimus: immūdum cibum secundum ea que supra dicta sunt sumpsimus, et propterea puto apostolus Paul9 de talibus uelut immundis animalibus dicit: cum huiusmodi nec cibum capere, 1, Cori, 5,
Verum ut euidentius tibi patescant ad intellectum que dicimus: de maioribus sumamus exēplum / ut inde paulatim descēdentes usq̧ ad inferiora ueniamus, Dominus & saluator noster dicit. Nisi māducaueritis carnem meam & biberitis sāguinem meū: non habebitis uitam eternam, Caro enim mea uere cibus est: & sāguis meus uere potus est. Ihesus ergo inquit totus ex toto mūdus est: tota eius caro cibus est / & totus sanguis eius potus est, quia omne opus eius sanctū est: & omnis sermo eius uerus est. Propterea ergo et caro eius uerus est cibus: & sanguis ei9 uerus est potus. Carnibus enim & sanguine uerbi sui / tanq̄ mundo cibo ac potu: potat & reficit omne hominum genus, Secundo in loco post illius carnem: mūdus cibus est Petrus & Paulus & omnes apostoli. Tertio loco: discipuli eorum. Et sic unusquisq̧ ipsorum pro quantitate meritorum uel sensuum puritate: proximo suo mūdus efficiť cibus, Hec qui audire nescit: detorqueat fortassis & auertat auditum / secundum illos qui dicebant, Quomodo dabit nobis hic carnem suam manducare? quis potest audire eū? & discesserūt ab eo, Sed uos si filii estis ecclesie / si euāgelicis imbuti mysteriis / si uerbum caro factū habitat in uobis: agnoscite que dicimus / que domini sunt. ne forte qui ignorat: ignoretur, Agnoscite quia figure sunt in diuinis uoluminibus que scripta sunt: & ideo tanq̄ spūales &

Math, 13.
Ioan, 6.
Ioan, 6.
Cori, 14.

non tanq̃ carnales examinate & intelligite que dicuntur, Si enim quasi carna-les ista suscipitis:ledunt uos non alunt, Est etenim in euãgeliis:littera que occidit. Nec solum in ueteri testamento occidens littera deprehenditur, est et in nouo te stamento littera que occidit eum/qui non spiritaliter ea que dicũtur aduerterit, Si enim secũdum litteram sequaris hoc ipsum quod dictum est/nisi manducaue-ritis carnem meam et biberitis sanguinem meum:occidit hec littera, Vis tibi & ali
Luce,22, am de euangelio proferam litteram que occidit? qui non habet inquit gladium: uendat tunicam & emat gladium, Ecce & hec littera euangelii:sed occidit, Si ue-ro spiritaliter eam suscipias:nõ occidit/sed est in ea spiritus uiuificãs. Et ideo siue in lege siue in euangeliis que dicũtur:spiritaliter suscipe, quia spiritalis diiudicat
1,Cori,2, omnia:ipse uero a nemine diiudicatur, Vt ergo diximus/omnis homo habet ali-quem in se cibum: ex quo qui sumpserit/si quidem bon⁹ est & de bono thesauro
Math,12. cordis sui profert bona:mundũ cibum prebet proximo suo, Si uero malus & pro fert mala:immundum cibum prebet proximo suo. Potest enim quis innocens et rectus corde/mundum animal ouis uideri: & prebere audienti se cibum mundũ tanq̃ ouis que animal mũdum, similiter et in ceteris, Et ideo omnis homo ut dixi mus cum loquitur proximo suo/siue prodest ei ex sermonib⁹ suis siue nocet: mũ dum ei uel immũdum efficitur animal/ex quibus uel mundis utẽdum uel immũ-dis precipitur abstinẽdum. Si secundum hanc intelligentiam dicamus deum sũ-mum leges hominibus promulgasse: puto q̧ digna uidebitur diuine maiestatis legislatio. Si uero assideamus littere/& secundum hoc uel quod Iudeis uel uulgo uidetur accipiamus que in lege scripta sunt: erubesco dicere & confiteri q̧ tales leges dederit deus, Videbuntur enim magis elegantes et rationabiles hominum leges:uerbi gratia uel Romanorum/uel Athenensium/uel Lacedemoniorum. Si uero secũdum hanc intelligentiam quam docet ecclesia accipiatur dei lex: tũc plane omnes humanas supereminet leges/et uere dei lex esse credetur. ¶ Itaq̧ his ita premissis: spiritali ut commonuim⁹ intelligentia de mundis atq̧ immũdis
Leui.11, animalib⁹ aliqua perstringamus. Omne inquit pecus quod ungulã diuidit et un gulas habet/& reducit ruminationem:in pecoribus manducabitis, Preterea de iis non manducabitis que reducunt ruminationem:& non diuidunt ungulas & habent ungulas, Camelus q̃m reducit ruminationẽ & ungulam non diuidit: im-mũdum hoc uobis. Et lepus q̃m reducit ruminationem hic & ungulam non diui-dit:immundum hoc uobis, Et erinacius quia reducit ruminationem & ungulam non diuidit:immundum hoc uobis, & cetera. Decernit ergo ne mãducentur hu-iusmodi animalia:que ex parte uidentur esse munda & ex parte immunda. Sicut camel⁹ ex eo q̧ ruminat:mund⁹ uidetur. ex eo autem q̧ ungulas diuisas non ha-bet: immũd⁹ dicitur. Post hec etiam nominat leporem & erinacium:sed et ipsos dicit ruminare quidem/sed ungulas non diuidere, Alium uero ordinem facit eo-rum que econtrario ungulam diuidunt:sed non ruminãt, Primo ergo uideamus qui sunt isti qui ruminant & ungulam diuidunt:quos mundos appellat, Ego ar-bitror illum dici ruminare:qui operam dat scientie/& in lege domini meditatur die ac nocte, Sed audi quomodo dictum est;quia diuidit inquit ungulam & reuo

cat ruminationem, Reuocat ergo ruminationem: qui ea que secundum litteram legit / reuocat ad sensū spiritalem: & ab infimis & uisibilibus ad inuisibilia et altiora conscendit, Sed si mediteris legem diuinā / & ea que legis ad subtilem & ad spiritalem intelligentiam reuoces: uita autem tua & actus tui non sint tales / ut habeant discretionem uite presentis & future / huiꝰ seculi & seculi superuenturi / si nō ista competenti ratione discernas & diuidas: camelus eris tortuosus, qui cum intellectum acceperis ex meditatione legis diuine: nō diuidis neq; segregas presentia & futura / nec angustam uiam a uia spaciosa secernis, Sed adhuc manifestius quod dicitur explanemus, Sunt qui assumunt testamentum dei per os suum / & cum legem dei in ore habeant: uita & actus sui longe a uerbis eorum & sermonibus discrepant, dicunt enim & non faciunt. De quibus & propheta dicit, Pecca- Math,23.
tori autem dixit deus, quare tu enarras iusticias meas: & assumis testamentum Psal.49,
meum per os tuum? Vides ergo quomodo iste ruminat: qui testamentum dei habet in ore suo, Sed quid in sequētibus ad eum dicitur? Tu autem odisti disciplinā et abiecisti sermones meos post te. In quo euidenter ostendit istum ruminantem quidem: sed ungulam non diuidentem. et ideo immundus est: quicunq; est talis, Et iterum est alius uel ex iis qui extra religionem nostram sunt / uel ex iis qui nobiscum sunt: qui diuidūt quidem ungulam / & ita incedunt in uiis suis ut actus sui ad futurum seculum preparent. Multi enim ita ex philosophis sapiunt: & futurum iudicium esse credunt, Immortalem namq; animam sentiunt: & remunerationem bonis quibusq; positam confitētur, Hoc & hereticorum nōnulli faciunt / et quantum ad hoc spectat: timorem futuri iudicii gerunt / & actus suos tanq̄ diuino examine requirendos cautius temperant, Sed horum uterq; non ruminat: nec reuocat ruminationem, Non enim ea que in lege dei scripta sunt audiens meditatur: nec reuocat ad subtilem & spiritalem intelligentiam, sed statim ut audierit aliquid: aut contemnit aut despicit / nec requirit quis in uilioribꝰ uerbis preciosus lateat sensus, Et immūdi sunt isti: diuidentes quidem ungulam / sed ruminationem nō reuocantes, Tu autem si uis esse mundus: conuenientem habeto & cōsonam uitam scientie / et actus intellectui, ut sis in utroq; mundus: ut et reuoces ruminationē & ungulam diuidas. sed et ungulas ut producas: siue abiicias. ¶ Requiramus et huius rei testimonium: quomodo ungulas producimus / aut uelut alibi legitur / abiicimus, Scriptum est in Deuteronomio. Si inquit exieris ad bellum Deute,21
aduersum inimicos tuos / & uideris ibi mulierem decora facie & concupiueris eā: assumes eam et rades omnem pilum capitis eius et ungues eiꝰ / et indues eam uestimentis lugubribus / et sedebit in domo lugens patrem suum et matrem suam et domum paternam suam per triginta dies: et deinde erit tibi uxor, Sed nūc nō hoc est ꝓpositum: ut hec que in testimoniū uocata sunt explanentur, sed propterea diximus: quia et hic de ungulis mentio facta est. Verumtamen et ego frequēter exiui ad bellum contra inimicos meos: et uidi ibi in preda mulierem decora facie, Quecūq; enim bene et rationabiliter dicta inuenimꝰ apud inimicos nostros / si quid apud illos sapienter et scienter dictum legimus: oportet nos mundare / id est a scientia que apud illos est auferre & resecare omne quod mortuum & ina-

ne est (hoc enim sunt omnes capilli capitis & ungues mulieris/ ex inimicorū spo-
liis assumpti) & ita demum eam facere nobis uxorem: cum iam nichil ex illis que
per infidelitatem mortua dicuntur habuerit.nichil in capite habeat mortuum:
nihil in manib9/ ut neq; sensibus neq; actibus immūdum aliquid aut mortuū ge
rat,Nihil enim mundum habent mulieres hostium nostrorū:quia nulla est apud
illos sapientia/cui immundicia aliqua non sit admixta.Velim tamen dicerent mi
hi Iudei:quomodo apud eos ista seruentur,quid cause/quid rationis est:decalua
ri mulierem/ & ungues eiusdem precidi? uerbi causa si ponamus q̃ ita inuene-
rit eam is qui dicitur inuenisse: ut neq; capillos neq; ungues habeat, quid habuit
quod secundum legem redimere uideretur? Nobis uero quibus militia spiritalis
1.Cori.10 est/et arma non carnalia sed potentia a deo ad destruenda consilia:decora muli
er si reperta fuerit apud hostes/& rationabilis aliqua disciplina:hoc modo purifi-
cabimus eam/quo superius diximus, Oportet ergo eum qui mundus est non so-
lum diuidere ungulas/ et non solum presentis et futuri seculi act9 et opera discer
nere:sed ungulas producere/uel ut alibi legimus abiicere / ut purificantes nos ab
operibus mortuis permaneamus in uita, ¶ Hec quidem generaliter dicta sint de
animalib9, De iis uero que in aquis sunt hec dicuntur,si quidem habeant pinnas
et squamas:munda sunt,Si uero nō habeant:immunda/nec edi debere , Illud in
his ostēditur/ut si quis est in aquis istis et in mari uite huius atq; in fluctibus secu-
li positus:tamē debeat satis agere ut non in profundis iaceat aquarum / sicut sūt
isti pisces qui dicuntur non habere pinnas nec squamas,Hec namq; eorum natu
ra perhibetur:ut in imo semper et circa ipsum cenum demorentur,sicut sunt an
guille et similia:que non possunt ascendere ad aque summitatē/nec ad eius supe
riora peruenire. Illi uero pisces qui pinnulis iuuantur et squamis muniuntur:ascē
dunt magis ad superiora/et aeri huic uiciniores fiunt uelut qui libertatem spirit9
querant,Talis ergo sanctus quisq; intra retia fidei conclusus:bonus piscis a salua
tore nominatur/et mittitur in uas ueluti pinnas habens et squamas.Nisi enim ha
buisset pinnas:non surrexisset de ceno incredulitatis/nec ad rete fidei peruenis-
set.Quid autem est q̃ et squamas habere dicitur? tanq̄ qui paratus sit uetera in-
dumenta deponere, Illi enim qui squamas non habent: uelut ex integro carnei
sūt & toti carnales/qui deponere nichil possint,Si quis ergo habet pinnas quib9
ad superiora nitatur:mūdus est,q uero nō habet pinnas/sed in iferiorib9 perma
net et in ceno semper uersatur:immūdus est.Similiter autem de auibus,Non mā
ducabis inquit hec quia immunda sunt:aquilā/& uulturem/et cetera his similia.
His etenim auibus semper mortuorum corporum cibus est:et ex mortuis cadaue
ribus uiuunt.Omnes ergo qui huiusmodi uitam gerūt:immundi habendi sunt,
Ego puto et illos in his numerari: qui aliene incubant morti et arte uel fraude te-
stamenta subiiciunt.huiusmodi enim homines:uultures et aquile merito appella
buntur/uelut mortuorum cadaueribus inhiantes,Scio et alia uolatilia esse: que
rapto uiuunt. Hec sunt anime/ que secundum hoc quidem q̃ rationabiles sunt
et imbuti liberalibus institutis uel rationalibus disciplinis:uolatilia uidentur, Le
gunt enim et requirunt uel de ratione celi:uel quomodo mūdus dei prouidentia

gubernetur.ſecundum hec ergo:uolatilia nominantur,Si uero huiuſmodi homines inique agant:contra legem faciant/diripiant proximos ſuos/& cum in uerbis eorum eſſe uideatur eruditio celeſtis:in actibus carnalia & mortua opera gerũt/ recte uultures uel aquile dicendi ſunt:que de excelſis ad carnes mortuas ac fetidas dilabuntur,Ad hoc referenda eſt accipitris rapacitas & ceterorum omniũ: ex quibus quedam quidem ſunt uolatilia rapacitati ſtudentia / quedam uero nõ tam rapacia q̃ obſcuritatẽ et tenebras amantia, Omnis enim qui male agit: odit lucem/et non uenit ad lucem,ut ſunt noctue et ueſpertiliones:et cetera que lex pronunciauit immunda.De quibus omnibus ſpiritali nos obſeruantia cuſtodientes/et cibum ex mundis animalibus appetentes:etiam ipſi puri efficiemur et mũdi,Per Chriſtum dominum noſtrum, Cum quo eſt deo patri cum ſpiritu ſancto gloria et imperium in ſecula ſeculorum, A M. E N. Ioan.3,

¶ Libri ſeptimi Cyrilli in Leuiticum:finis,

¶ Eiuſdem liber octauus.de eo quod ſcriptum eſt,Mulier quecunq; conceperit ſemen et pepererit maſculum:immũda erit ſeptem diebus.et de diuerſitatibus lepre/ac purificationis leproſi,

m Edicum dici in ſcripturis diuinis dominũ noſtrum Iheſum Chriſtũ: etiam ipſius domini ſententia perdocemur/ ſicut dicit in euangeliis. Non indigent ſani medico:ſed qui male habent,Non ueni iuſtos uocare:ſed peccatores ad penitẽtiam,Omnis autem medicus:ex herbarum ſuccis uel arborum/etiam metallorum uenis/ aut animãtium naturis / profutura corporibus medicamenta componit,Sed herbas iſtas ſi quis forte anteq̃ ꝓ ratione artis cõponantur reſpiciat: ſi quidem in agris aut mõtibus/ uelut fenum uile conculcat et preterit,Si uero eas intra medici ſcholam diſpoſitas per ordinẽ uiderit/licet odorem triſtem forte et auſterum reddant: tamen ſuſpicabitur eas cure uel remedii aliquid continere/etiam ſi nondum uel qualis in eis ſit ſanitatis ac remedii uirtus agnouerit.Hec de communibus medicis diximus.Veni nũc ad Iheſum celeſtem medicum.Intra hanc ſtationem medicine eius eccleſiam: uides ibi languentium iacere multitudinem,uenit mulier:que ex partu immunda effecta eſt,Venit leproſus:qui extra caſtra ſeparatus eſt pro immundicia lepre,Querunt a medico remedium:quomodo ſanentur et quomodo mundentur, Et quia Iheſus hic medicus eſt/et ipſe eſt uerbum dei:egris ſuis non herbarum ſuccis ſed uerborum ſacramentis medicamenta conquirit, Que uerborũ medicamenta ſi quis incultius per libros tanq̃ per agros uideat eſſe diſperſa:ignorãs ſingulorum dictorum uirtutem/ut uilia hec et nullum ſermonis cultum habentia preteribit, qui uero parte ex aliqua didicerit/ animarũ apud Chriſtum eſſe medicinam: intelliget profecto ex his libris qui in eccleſia recitantur tanq̃ ex agris et montibus ſalutares herbas aſſumere unũquemq; debere ſermonũ,ad hanc dũtaxat uim/ ut ſi quis illi eſt anime languor:nõ tam exterioris frondis et corticis q̃ ſucci interioris hauſta uirtute ſanetur.¶ Videamus ergo aduerſum immunditiam partus & contagionem lepre preſens hec lectio q̃ diuerſa et q̃ uaria purificationum medicamenta conficiat,Et locut9 eſt inquit dominus ad Moſem dicens.Loquere filiis Leui.12,

Math,9,

Israel et dices ad eos, Mulier quecunq; conceperit semen & pepererit masculum: immunda erit septem diebus. Primo consideremus secundum historiam: si non uidetur quasi ex superfluo additũ, mulier que susceperit semen & pepererit masculum, quasi possit aliter masculum parere: nisi semine concepto. Sed non ex superfluo additur, Ad discretionem namq; illius que sine semine concepit & peperit masculum: istum sermonem pre ceteris mulieribus legislator adiecit. ut non omnem mulierem que peperisset / designaret immũdam: sed eam que concepto semine peperisset. Addi quoq; ad hoc etiam illud potest: q lex ista q̃ de imundicia scribitur / ad mulieres pertinet, De Maria autem dicitur: quia uirgo concepit et peperit. Ferant ergo legis onera mulieres: uirgines uero ab his habeãtur immunes, ¶ Sed si nobis aliquis occurrat argutus: & dicat quia & Maria / mulier in scri-
Gala, 4, pturis nominatur, Sic enim dicit apostolus, ubi autem uenit plenitudo temporis: misit deus filium suũ factum ex muliere / factum sub lege: ut eos qui sub lege erãt redimeret, ¶ Respondebimus ei q in hoc loco apostolus muliere non pro corruptela integritatis: sed p sexus cõditiõe nominauit, ut quia dicebat filium dei missum: simul et illud q communi omnium ingressu in hunc mundum uenisset / exponeret, Est porro etatis istud uocabulum / eius scilicet qua femininus sexus annos pubertatis excedit: & ad id temporis quo habilis uiro uideatur esse transit, Sicut contra uir appellatur is qui adolescentie tempus excesserit: etiam si uxorem
Iob, 25 nõdum habeat / cuius uir esse dicatur, quo nomine appellari solent etiã illi quos feminee admixtionis macula nulla perstrixit. Si ergo recte dicitur uir pro sola uirili etate / etiam is qui nullius admixtionem femine nouerit: quomodo nõ eadem consequentia etiam uirgo que intemerata permansit / pro sola etatis maturitate mulier nominetur? Deniq; & Abraham cum puerum mitteret Mesopotamiam in domum Bathuelis / ut inde acciperet Isaac filio suo uxorẽ: et puer curiosius p-
Gene, 25 contaretur / ait ad eum, q si noluerit mulier sequi me: reducam filium tuum illuc? et nõ dixit, q si noluerit uirgo sequi me, Hec ergo dicta sint nobis de eo quod obseruauimus scriptum: quia non superflue addidit legislator. mulier si conceperit semẽ et pepererit filium, sed esse exceptionem mysticam: que solam Mariam a reliquis mulieribus segregaret. q eius partus nõ ex conceptione seminis sed ex presentia sancti spiritus et uirtute altissimi fuerit, ¶ Nunc ergo requiramus etiã illud: quid cause sit q mulier que in hoc mundo nascentibus ministerium prebet / non solum cum semen suscipit immunda fieri dicitur: sed et cum peperit. Vnde & pro purificatione sua iubetur offerre pullos columbinos aut turtures pro peccato ad ostium tabernaculi testimonii: ut repropiciet p ipso sacerdos / quasi que repropitiationem debeat et purificationem peccati: pro eo q nascenti in hoc mun-
" do homini ministerium prebuit. Sic enim scriptum est. Et repropiciabit pro ipsa
" sacerdos: et mundabitur. Ego in talibus nichil audeo dicere, Sentio tamen occulta his quedam mysteria contineri: et esse aliquid latentis arcani / pro quo et mulier que conceperit ex semine et pepererit: immunda dicitur / et tanq̃ peccati rea offerre iubeatur hostiam pro peccato et ita purificari, sed et ille ipse qui nascitur siue uirilis siue feminei sexus sit / pronunciat de eo scriptura, quia non sit mund9

a sorde:etiam si unius diei sit uita eius, Et ut scias in hoc grande esse nescio quid/ et tale quod nulli sanctorum ex sentētia uenerit:nemo ex oībus sanctis inuenit dié festū uel cōuiuiū magnū egisse in die natalis sui/nemo inuenit habuisse leticiā in die natalis filii uel filie sue. Soli peccatores sup huiusmodi natiuitate letant. Inuenimus eteni in ueteri quidē testamēto Pharaonē regē Egypti:diem natalis sui cū festiuitate celebrātem, In nouo uero testamento/Herodem, Vterq; tamen eorū ipsam festiuitatem natalis sui: profusiōe humani sanguinis cruentauit, Ille enim prepositū pistorū:hic sanctum prophetā Ioanē obtrūcauit in carcere. Sācti uero nō solū nō agunt festiuitatem in die natalis sui: sed spiritu sancto repleti execrantur hunc diē, Neq; enim tantus ac talis propheta (Hieremiam dico) qui in utero matris sue sanctificatus est; et propheta in gentibus consecratus/libris ineternū mā sturis aliquid inaniter condidisset: nisi secretum quid cōtineretet/ ingentibus mysteriis plenū, ubi dicit, Maledictus dies in quo natus sū:et nox in qua dixerūt/ ecce masculus, Maledictus qui annūciauit patri meo dicens:natus est tibi masculus, Sic letetur homo ille:sicut ciuitates quas dominus destruxit in furore/ et non penituit, Videtur ne tibi hec tam grauia et tam onerosa imprecari propheta potuisse: nisi sciret esse aliquid in ista natiuitate corporea /quod et huiusmodi dignum maledictione uideretur/et pro quo legislator tot imūditias accusaret: quibus congruas purificationes consequenter imponeret. Longū est autem et altenus tēporis/ut testimonia que de propheta assumpsimus explanem9:quia nunc non Hieremie sed Leuitici nobis propositū est differere lectionem. Sed & Iob nō sine spiritu sancto loquens:maledicebat diē natiuitatis sue dicēs. Maledicta dies in qua natus sū:et nox in qua dixerūt / ecce masculus, Nox illa sit tenebre/& nō requirat eam dominus denuo;neq; ueniat in dies anni/nec numeretur inter dies mensium, Qz si non tibi uidetur hec Iob diuino et prophetico spiritu loqui: ex iis considera que sequūtur, Addit enim, sed maledicat eam: qui maledixit illum diem/ in quo magnum cetum interemptur9 est, Vides ergo quomodo in spiritu sancto predixit de magno ceto: quem interfecturus esset dominus. cuius typus erat cetus ille Ione. Vnde & domin9 qui interfecturus erat cetum istū diabolum: dicit. Sicut enim Ionas tres dies et noctes tres fuit in uentre ceti:ita oportet et filiū hominis esse tribus diebus et tribus noctibus in corde terre, Qz si placet audire quid etiam alii sancti de ista natiuitate senserint:audi Dauid dicentem. In iniquitatibus inquit conceptus sum:et in peccatis peperit me mater mea, ostendens q; quecunq; anima in carne nascitur: iniquitatis et peccati sorde polluitur. et propterea dictum esse illud quod iam superius memorauimus:quia nemo mūdus a sorde/nec si unius diei sit uita eius. Addi etiam his illud potest:ut requirat quid cause sit cum baptisma ecclesie obseruatur / etiam paruulis baptismum dari. cū utiq; si nihil esset in paruulis quod ad remissionem deberet et indulgētiam pertinere:gratia baptismi supflua uideretur. Mulier ergo quecunq; conceperit semē & pepererit masculū: imūda erit septē diebus, sicut & illa q̄ scdm dies purgatōis sue septē dieb9 segregabit ab omi mūdo, qa i sanguie imūdo manet septē dieb9 in sanguine autem mūdo triginta et tres dies, Sed hoc in masculi natiuitate. Du

Iob.25. Gene.40 Math.14. Hiere.20 Iob.3. Ione.2. Math.12. Ps.50. Iob.25.

plos autem dies faciet in natiuitate femine, Incipit ergo esse in sanguine mundo ab octauo die: et in sanguie mūdo manet diebus triginta tribus / hoc est trib⁹ decadib⁹ et tribus monadib⁹, et cū ceperit esse in sanguine mūdo illa que peperit:
» tunc circuncidit infantem, Octaua enim die (inquit) circuncides carnem prepu-
» cii eius, hec est lex littere, Sed require tu quam circuncisionē apostolus predicet:
Coloss,2, quam nos et suscipere & habere iubet, Nos enim inquit sumus circuncisi: qui spi-
ps,57, ritu deo seruimus, et quod ait in psalmo. Alienati sunt peccatores a uulua. Considera si non de illis hoc dicit: qui illam circuncisionem suscipiunt qua nos circūcidi apostolus uetat / et tūc est quādo alienanf peccatores a uulua: cū nō spiritu sed carne circūcidūtur: qa q i lege circūcidūtur: a gr̄a exciderūt, Igif immūda fieri mulier dicitur: que cōcepto semine peperit masculū. Que autem feminam peperit / non solum immunda erit: sed dupliciter immunda. bis enim septenis diebus immūda scribitur permanere. Sed interim que peperit masculum: octaua die & qui natus est circuncidítur / et illa fit munda, Scitis q̄ operosa res est: in hac breuitate tēporis ista cōtingere. tamen ut in trāscursu aliqua dicamus: septimana hec / presentis uite tempus uideri potest, In septimana namq̧ dierum: consumat⁹ est mūdus, in quo donec sumus in carne positi: ad liquidū puri esse non possumus / nisi octaua uenerit dies: id est nisi futuri seculi tempus affuerit, In quo tamen die qui masculus est & uiriliter egerit: statim in ipso aduētu futuri seculi purgaf / & statim munda efficitur mater que genuit eum. Purgatam namq̧ a uiciis carnē: ex resurrectione recipiet. Si uero nichil in se habuit uirile aduersum peccatum / sed remissus et effeminatus fuit in actibus suis / cuius peccatum tale est q̄ non remittatur in presenti seculo neq̧ in futuro: iste transit in unam & alterā septimanam in immundicia sua / et tertia demum incipiente oboriri septimana: purgaf ab immundicia / quam feminam pariendo contraxit. ¶ Hostie uero que pro huiusmodi immundicia iubentur adhiberi: dupliciter distinguūtur, Primo iubef agnus offerri anniculus sine macula in holocaustum: et pulli columbini aut turtures pro peccato. Secundo uero commutatur hostia, si inquit non inuenerit manus eius quod sufficiat ad agnum: accipiat duos turtures aut duos pullos columbarum / unum ad holocaustum / aliū pro peccato. Vnde & mirū uidetur q̄ oblatio Marie non habuerit hostiam primam / id est agnum anniculum: sed secūdā /
Luce,2. tanq̄ cuius manus non suffecerit ad primam. Sic enim scriptū est de ea, Venerūt inquit parentes eius ut offerrent pro eo hostiam: secūdum quod scriptū est in lege dn̄i / par turturū aut duos pullos columbarum. Sed & in hoc uerum esse ostē-
2,Cori.8, ditur illud qđ scriptū est. qa Christus Ihesus cū diues esset: pauper fact⁹ est. ideo ergo & matrē de qua nasceref elegit pauperē: & patriā pauperē de qua dicif. Et
Michee,5 tu Bethleem terra Iuda: nequaq̄ minima es in principibus Iuda. & reliqua, Verū hec breuiter transcurrere cogimur: nec singula que sunt scripta discutere, quandoquidem festinamus aliquid etiam de legibus lepre que recitate sunt: pertractare, ¶ Inuenimus ergo sex species propositas esse de hominum lepra: que sex spe-
Leui,13, cies hoc modo describuntur. Aut enim in cute corporis fit cicatrix et signū exalbidū: & i cute corporis ei⁹ cōtagio lepre, Aut efflorēs efflorebit lepra: & cōteget

omnē cutem cōtagio a capite usq; ad pedes eius. Tertia species cū in cute carnis fit ulc9 et sanat: et fit in loco ipso ulceris cicatrix alba. Aut in carnis cute fit adustio ignis: et post hec sanata adustio erit lucida aut alba / aut cū rubore cādida; Quinta species: cum uiro aut mulieri fit in capite aut in barba cōtagio lepre. Ultima uero scribitur species / cum fit in caluitio uel in recaluitione contagio lepre rubicunde: que est lepra efflorens in caluitio uel in recaluitione. Hec ut compendio expositionis utamur (quoniam quidem nunc propositum nobis est breuiter auditores ex his que recitata sunt admonere: nec est tempus / ad liquidum singula queq; discutere) referēda mihi uidentur ad unam quāq; speciem peccatorum: et in his / anime macule que ex peccatis accidunt intuende. ¶ Dicendum igitur primo est designari per hec / peccata que in hac uita positi committim9: ex quibus aliqua curari nunc possunt / aliqua uero non possunt. Secūdo uero & de illis ipsis que post hanc uitam nobiscum transeunt: significari intelligendum est esse & in ipsis quedam ita animabus infixa / ut nequeāt aboleri. Alia uero esse que purgationem possint recipere: secundum inspectionem & iudicium pōtificis illius quē occulta latere non possunt, quiq; dispensabit animas singulorum secūdum hoc q̄ in eis maculas lepre aut expiabiles aut inexpiabiles uiderit. Cuius rei differentias de presenti lectione colligere / et per singula secundum scripture huius iudicium que possunt nos mouere / rimari ex tempore: ut iam superius dixi / iste sermo non patitur. Vix enim hec multis possent uoluminibus digesta cōponi ab iis: quibus dominus de lectione ueteris testamēti uelamem abstraxit. Nos ergo pro uiribus nostris quantum proferri in mediū cōuenit / exequemur; apostolo nobis Paulo pandente intelligentie uiam / qua dicit legem umbram habere futurorum bonorum: non ipsam imaginem rerum. et secūdum id quod ea que de bobus in lege uidentur scripta: non de bobus quorū deo cura non sit / sed de apostolis aduertenda pronunciat. In quo consequēti utiq; ratione edocemur q̄ et ea que de lepra scribuntur: umbra sit / in aliis habens imaginē ueritatis. ¶ Igitur adhibeamus primo si uidetur ipsam scripture umbrā: & tūc de eius ueritate requiramus. In uulneribus corporum posteaq̄ curata fuerit / remanet interdum ipsius uulneris signum: quod cicatrix appellatur. Vix enim est qui ita curetur: ut nullū suscepti uulneris residere uideatur indicium. Transi nunc ab ista legis umbra ad ueritatem eius: et intuere quomodo anima que peccati uuln9 acceperit / etiā si curet / tamen habet in loco cicatricem uulneris residentem, que cicatrix non solū a deo uidetur: sed et ab iis qui acceperint ab eo gratiā, per quam uidere possint anime languores / et discernere que sit anima ita curata: ut omni genere uestigium illati uulneris abiecerit. et que curata sit quidem: sed ferat adhuc ueteris morbi ipso uestigio cicatricis indicia. Q; autē sint quedam anime uulnera: Esaias docet dicens. A pedibus usq; ad caput non est in eo sanitas: sed uulnus / & liuor / et plaga. cū sermone de delictis hec proculdubio loquens populo: insinuat quia sint aliqui quibus possit adhuc medicamentum malagme imponi. Alii uero q̄ sint intantum peccatores / ut eis nec cura possit adhiberi: hoc modo idem propheta designat. Non est inquit malagma imponere / neq; oleū neq; alligaturas. Q; autem

Hebre, 10
1, Cori, 9,
Esaie, 1.
Ibidem.

contritio et plaga doloris per correptionem / cure causa imponatur anime: Hie-
Hiere.30. remias docet dicens. Sic dicit dominus. Suscitaui cõtritionem / plaga tua cum dolore: non est qui iudicet iudicium tuum. Cum dolore curata es: non est utilitas in te. Omnes amici tui obliti sunt tui / nec iam interrogabũt de te: quia plaga inimici percussi te / correptione ualida / pro omni iniquitate tua. quomodo multiplicata sunt peccata tua? Quid uociferaris super contritione tua? uiolentus est dolor tuus, propter multitudinem iniquitatum tuarũ preualuerunt peccata tua: & fecerunt tibi hec. Propterea omnes qui deuorant / deuorabuntur: et omnes inimici tui carnes tuas deuorabunt. Et erunt qui te afflixerunt in afflictione: & omnes qui deuastauerũt te dabo in depredationem / quoniam reuocabo sanitatẽ tuã: & uulneris tui dolorem reuocabo a te / dicit dominus. Memento diligentius: que audieris a propheta de uulneribus et cicatricibus et de tumoribus dici. Hec eni nobis necessaria sunt: ad expositionem cicatricum uel uulnerum uel aliorũ huiusce modi / que in lepre inspectionibus memorãtur. Addimus tamẽ adhuc que in alio loco idem Hieremias ad anime uulnera & curas / in quibus tamen uestigia uulne-
Hiere.30 rum resideãt post obductam cicatricem: his sermonibus memorat. Ecce ego adducam cicatricem eius et simul curabo eos / et manifestabo eis pacem & fidem: & conuertam captiuitatem Iuda et captiuitatem Hierusalem. Si ergo sufficiẽter a propheta didicimus de uulneribus et cicatricibus animarum / et curis ac sanitatibus que deo medicante inferuntur: intuere nunc illam animam de qua dicit de⁹. quia ego adduxi cicatricem eius. post uulnera sine dubio cicatricem adducit: ob sanitatem. et curaui inquit eos: et manifestabo eis pacem et fidẽ. Si ergo post cognitionem et medicinam dei / si post manifestationẽ pacis & fidei quã per Christum suscipimus: rursum in ista cicatrice ascẽdat aliquod peccati prioris indiciũ / aut signum aliquod erroris ueteris innouetur: tunc fit in cute corporis nostri contagio lepre inspicienda per pontificem / secundum ea que legislator exposuit. ¶ Secũda uero species est lepre / si effloruerit inquit in cute / ita ut tegat omnem cutem corporis a capite usq; ad pedes: per omnia quecunq; sacerdos inspexerit. Cum ergo omnem cutem corporis obtexerit: tunc mundum eum esse sacerdos a contagione pronunciat. Sed in quacunq; die apparuerit in eo color uiuus: rursum iudicatur immundus / per hoc q. in eo color uiuus apparuerit quem ante nõ habuit. De hoc quidam etiam ante me dixerunt colorem uiuum indicare rationẽ uite que in homine est. quis eni in anima posita est: q̃diu tamẽ nõ habet usum / siquid peccatur non reputatur / pro eo q. uideatur nondum rationis capax esse is qui deliquit. Cum autẽ ratio in eo locũ ac tempus inuenerit / si quid iã cõtra rationem agat: uideri eũ iure culpabilem. Nos autẽ diligẽti⁹ q̃ scripta sũt cõtuẽtes: arbitramur magis hec de illis accipiẽda / qb⁹ uel phrenesi uel furore uel quocũq; excessu occupat⁹ uel oppress⁹ est sesus / et agũt cõtra rationẽ. Mũdi ergo isti a lepra / id est imunes uocãt a peccato: qa act⁹ sui uel mot⁹ nõ habẽt sensũ. Q̃ si forte apparuerit in eo uiu⁹ color corporis / hoc est sensus sui reparata in eo fuerit sanitas / & post hec aliqd cõtra rationẽ recti iustiq; gerat: reputari ei peccatũ dicit ex ea pte q̃ uiu⁹ color id ẽ sesus i eo uiue ratiõis apparuit. ¶ Tertia lex de leprosis

est cum in cute corporis ulcus efficitur: et in loco ulceris cicatrix alba cum rubore inuenitur. Vlceris autem causa est: cum in corpore humor sordidus abundat & noxius. Ita ergo et in anima ulcera intelliguntur ea: que ex immundis cupiditatibus uel sordidis cogitationibus efferuescunt. Que si forte per fidei gratiam et remissionem curata sunt peccatorum / et sana facta est anima: residet tamen cicatrix / et ipsa cicatrix non habet similem corporis colorem sed est albior: lepra esse pronunciatur. Ita enim lucide uidentibus est clara cupiditas: ut eam porro uidentibus peccati in se residētis ostēdat indicia / et fortassis peccati talis quod ad mortem sit. Et ideo non solum alba cicatrix esse: sed & rubicūda describitur. Q₇ uero humiliorem ipsam cicatricē dicit uideri: certū est quia huiusmodi macula peccati humilem et deiectam animam facit. ¶ Quarta erat lex ubi dicitur quia si in cute fiat adustio ignis / et post hec cum sanata fuerit adustio: ipsa splēdida fiat & alba cum rubore / uel certe exalbida / et uisio eius humilior reliqua cute. et hoc dicit esse lepram: que in adustione effloruerit. Vide ergo si non adustio est in omni anima: quecūq; recipit iacula maligni ignita, aut si non igni aduritur omnis / qui ardet amore carnali. Iste ergo sunt adustiones et succēsiones ignis. Sed & ille adustionem patitur: qui glorie humane cupiditate succenditur / & qui ire uel furoris estibus inflammatur. Q₇ si forte curetur ab his uulneribus anima per fidem: & post sanitatem receptam contempto eo qui dixit, ecce iam sanus factus es: noli amplius peccare / ne quid tibi deterius contingat: incipiat ueteris uicii fruct⁹ ex obducta cicatrice proferre / nec exequet cicatrix ad reliqui corporis cutē sed sit humilior / et illum adhuc retineat colorem quem habuit lepre tempore: lepra est que in adustione refloruit / et ideo imundus a sacerdote iudicatur. ¶ Quinta species lepre est: cum in capite contagio efficitur / aut in barba uiri siue mulieris capite. Ita ut uisio contagionis ipsius humilior sit a cute corporis: et hec est lepra capitis uel barbe. Vide ergo si potest fieri ut lepra capitis putet in eo qui nō habet caput Christū: sed alium aliquem / uerbi causa Epicurum / uoluptatem summum bonū predicantem: non tibi et caput et barba talis hominis uidetur immūda? Sed & is qui cum debeat esse uir & agere tanq̄ perfectus / si forte facile tanq̄ puer uincat a peccato / etiam ipse lepram barbe habere dicendus est. quia cum uincere deberet malignū / et sacerdotali honore (qui in barba pesignatur) incedere: adolescētie uiciis impeditus / lepram barbe perpetitur. Mulierem autem / animam in scripturis indicare eam que nō tam proferre semen uerbi q̄ suscipere potest / sepe dictum est. Que lepram habere designatur in capite: si uir, qui caput mulieris est / id est doctorem pollutum habeat & immundum / aut Martionem / aut Valentinum / aut aliquem eiusmodi. ¶ Sequens sexta iam & ultima species lepre ponitur: que fit in caluitio uel recaluitione. que res quantum ex seipsis: munde sunt. Sic enim dicit lex. Si cuius inquit defluxerint capilli capitis: caluus est / mundus est. Si autem a fronte eius defluxerint: recaluus est / mundus est. Cōuenieter hec referuntur ad animam, ut cum ea que sui natura emortua sunt abiicit ac deponit: munda esse dicatur. Sed post hoc si ea que prius purificata fuerant / repullulare sordidius et humilius q̄ dignitas puritatis expetit & mundicie / uidebuntur:

Margin notes: 1. Ioan. 5. (beside "Q₇ uero"); Ephe. 6. (beside "anima: quecūq;"); Ioan. 5. (beside "& post sanitatem"); 1. Cori. 11. (beside "ctum est. Que lepram")

immundam ac leprosam animã reddent. Ex hoc iam generaliter de omni lepro so in quo fuerit contagio lepre/& humilior uidebit a reliqua cute (humilius nãq3 est omne anime uicium: a reliquis eius uirtutib9) lex que spiritalis est talia quedã
» decernens: uestimenta inquit eius dissuta sint/et caput eius reuelatum/et os eius
» adopertum. Per que designat eũ qui in anima leprosus est/id est qui peccatis cõfixus: non oportere assuere sibi tegumẽta/et turpitudines operire peccati. Sicut enim is cuius uestimenta dissuta sunt/nudam atq3 intectam gerit turpitudinem corporis: ita oportet eum qui peccatis aliquibus obseptus est/mala sua & flagitia nullis uerborum assumentis/nullis excusationum uelaminibus operire: ut in eo
Math.23. fiat sepulchrum dealbatum/quod de foris quidẽ apparet hominibus speciosum: intus autem plenum est ossibus mortuorum et omni immunditia. Vult ergo lex diuina/peccatorem non solum uestimenta non assuere: sed & caput non contegere. ut si quod est capitis delictum/id est si in deũ aliquid commissum est/si in fide peccatum est: ne hec quidẽ habeantur obtecta sed omnibus publicẽtur/ut interuentu et correptione omnium emendetur et ueniam mereatur. Verũtamẽ leprosus iste os tantũmodo iubetur obtegere. Quid est hoc q omnes corporis partes nudas habere precipitur: et os solum iubetur operire? Nonne palam est & in aperto positũ/q ei qui in lepra peccati est clauditur sermo/claudit ei os: ut fidu
ps.49. cia sermonis et docendi authoritas excludatur? Peccatori enim dixit deus. Quare tu enarras iusticias meas: et assumis testamẽtum meũ per os tuũ? Clausum ergo habeat os peccator/quia qui seipsum non docuit: quomodo alium docere potest? Docere alium non potest: et ideo os suum iubetur operire/qui male agẽdo
» loquendi perdidit libertatem. ¶ Immũdus inquit erit/et separat9 sedebit foris/
» extra castra erit conuersatio eius. Clarum est q omnis immũdus abiiciatur a cõuentu bonorum: & segregetur a cetu castrisq3 sanctorum. Et ideo dicitur: quia extra castra erit conuersatio eius. Q3 si forte mundatus fuerit: spõte quidem & a semetipso non uenit ad sacerdotẽ/sed offertur inquit ab alio nec intrat in castra. Neq3 enim conueniens erat ut eadem die qua mũdabatur/priusq fierent pro eo que competebant: introiret in castra. Propter quod sacerdos inquit exibit ad eum foras extra castra. Semper enim ad eum qui nõdũ potest introire in castra/
Ioan.16. exiit ille: q potest exire extra castra/qui dicit. Ego a deo exiui: & ueni in hũc mũdum. Exit ergo ad eum sacerdos: et cõsiderat si iam recepit sanitatem/si a lepre contagione purgatur. Cum autem uiderit eum sacerdos: precipit ut accipiantur galline due uiue ei qui mundatur/et lignum cedrinum/et coccum tortum/& hysopum. Videtur hic mihi etiam due iste galline habere similitudinem quandam
Leui.17. duorum hircorum: ex quibus unus domino offertur/alius in eremum emittitur. Ita etenim et hic ex duabus gallinis una immolatur: et alia in campum dimittit. Dat ergo & hic qui purgatur a lepra/aliquam partem que abiiciatur in eremũ/alia autem pars domino offertur pro eo. Nondum tamen hic qui purgatur a lepra & offert gallinas atq3 alia que pro eo domino offeruntur/ad altare offertur: sicut turtures aut colũbe. Nondum enim eadem die is qui purgatur a lepra: diuino altari dign9 efficit. Propter quod mãdat legislator: ut eadẽ die qua purgat/

accipiantur due galline ad purificationem eius. Puto autem q̃ et hic illius galline intellectus latenter habeatur: per quã purificatio efficitur peccatoris / de qua scri Math, 23;
ptũ est, Quoties uolui congregare filios tuos / sicut gallina cõgregat pullos suos sub alis suis: et noluisti, Indiget tamẽ ut per lignum cedrinum purificetur is: qui purificatur, Impossibile namq; est sine ligno crucis peccati leprã posse purgari: nisi adhibeatur et lignum in quo saluator (sicut apostolus Paulus dicit) exuit pri Colos. 2;
cipatus et potestates: triumphans eos in ligno. Iungitur tamen ad emundationẽ lepre huius etiam coccũ tortum: sociatur et hysopus. Coccũ tortum figurã sacri sanguinis continet: qui de eius latere per lancee uulnus exortus est, Et hysopum hoc gen⁹ herbe naturam habere medici ferunt: ut diluat et expurget si que pectori hominũ sordes ex corruptione noxii humoris insederint, Vnde & necessario in expurgatione peccatorum; huiuscemodi graminis figura suscepta est, Coccum uero q̃ sepe sumptum sit ad salutis subsidia: in diuinis referri uoluminibus inuenimus, Sicut in partu Thamar cum unus inquit prior protulit manum: Gene, 38;
accipiens obstetrix coccum: alligauit in manu eius dicẽs, Hic exiliet prior, Sed & Raab meretrix cũ exploratores suscepisset et pactũ ab eis salutis acciperet: illi / et
„ pones inquiunt signum resticulã coccineã / et alligabis eã in fenestra ista per quã Iosue. 2;
„ deposuisti nos, Obserua tamen et illud: q̃ non ipse sacerdos immolare gallinam dicitur. Nõdum enim dignus est hic qui fuit leprosus: ut ipse sacerdos pro eo immolet, propter quod nec sanguis galline offertur ad altare. Sed dicit, quia occidetur gallina in uasculo fictili: in quod uas aqua uiua sit missa, ut et aqua assumatur ad purificationem: et compleatur plenitudo mysterii in aqua & sanguine / qđ Ioan, 19;
dicitur exiisse de latere saluatoris, & nihilominus quod Ioãnes in epistola sua ponit: et dicit purificationem fieri in aqua et sanguine et spiritu, Vnde & hic uideo 1, Ioan, 5;
omnia ista compleri, Spiritus eni est galline istius que occiditur: & aqua uiua que in uase est / et sanguis qui super eum diffusus est, Non quo per hec iterandam baptismi gratiam sentiamus; sed q̃ omnis purificatio peccatorũ etiam hec que per penitẽtiam queritur / illius ope indiget de cuius latere aqua processit et sanguis. Vide ergo quomodo et uiua gallina / & lignum cedrinum / & coccus tortus & hysopus tigitur in sanguine pulli & aqua uiua: ut ex hoc aspersus & purificatus ex aqua et sanguine (in quo tincta est & illa gallina: que in campum emittitur) et septies coram domino respersus is qui purificatur / mundus efficiatur ab omni immundicia: qua fuerat ex lepre contagione possessus, Sed et illud aduerte: quomõ cum superius dixerit, hec est lex leprosi in qua die mundatus fuerit: nunc his omnibus addit et dicit / et mũdus erit. Si enim semel abiecta lepra mundatus est: qũo adhuc imundus erit? Sed uide quia etiam si mundetur quis a peccato et nõ sit iã in opere peccati: ipsa tamen uestigia sceleris commissi purificatione indigent etiam quã exposuim⁹ / et aliis nihilomin⁹ que mandãtur in consequentibus. Obseruabim⁹ eni ad hoc quod scriptũ est de lepra / in qua die mundat⁹ fuerit: post hec inter cetera que mãdãtur tertio dictũ esse / et mund⁹ erit, et iterũ ad ultimũ scriptũ esse: et mũdabitur. Vnde et michi uidetur esse quasdam et in ipsa purificatione differẽtias: et (ut ita dixeri) pfect⁹ quosdã purificationũ, Potest eni et de illo q̃

cessat a peccato dici:et mundus erit / sed non statim ita mundus uidebitur ut ad
" summam puritatis accesserit, Deniq; addit iis que dixerat. In quacunq; die mun
" datus fuerit:emittetur inquit uiua gallina in campum / et lauabit uestimenta sua
is qui purificatur. Post hec autem omnem inquit pilum radet. et addit, et lauabi-
tur in aqua. et post hec additur:et mūdus erit. Neq; enim sufficit quod in princi
pio dixerat / mundus erit:nisi adiecisset etiam hec, Sordida ergo uestimenta ha-
buit usq; adhuc iste qui purificatur a lepra:etiam post aspersionem / et nūc laua-
re ea iubetur, que tamen uestimenta non mihi per omnia male texture uidētur
fuisse, alioqui abiici ea magis q̄ lauari preciperet, In quo ostenditur neq; per oīa
alienam fuisse a deo conuersationem eius:neq; pure in domino et integre custo-
ditam, Non enim lauaret uestimenta:nisi fuissent sordidata. Nec iterum lotis eis
uteretur:si fuissent textrini in omnibus alieni, Q2 autem radi iubetur omnē pi-
lum:puto q̄ quicquid emortui operis anime posite in peccatis exortū est(hoc eni
nunc pili nominantur)iubeatur abiicere, Peccator enim omne quod ei siue in cō-
silio natū est / siue in uerbo siue in opere:expedit si uere purificari uult ut eradat
et abiiciat / nec residere apud se aliquid patiatur, Sanctus aūt seruare debet oēm
capillum, et si possibile est / nec ascendere debet ferrū super caput eius:ne abscin
dere aliquid de cogitationibus eius sapiētibus / aut dictis aut operib9 possit, Inde
1.Regū,1 deniq; est quod et Samueli ferrum dicitur non ascendisse super caput:sed & om
ps.1, nibus nazareis qui sunt iusti, Quia iusto (sicut scriptum est) omnia quecunq; fa-
Math,10. ciet prosperabuntur: et folia eius non decident, Hinc et discipulorū domini etiā
capilli capitis dicuntur esse numerati:hoc est omnes actus / omnes sermones / oēs
cogitationes eorum seruantur apud dominum / quia iuste / quia sancte sunt. Pec
catorꝝ uero omne op9 / omnis sermo / omnis cogitatio debet abscidi. et hoc est qd
dicitur:ut omnis pilus corporis eius radatur / & tunc erit mundus, Sed et hoc ob-
serua / q̄ non sufficit ei post purificationem uel uestimenta lauisse uel omnem pi
lum rasisse:nisi et lotus fuerit in aqua, Oportet nāq; eum abiicere omnes sordes
omnem immundītiā / non solum de uestimentis sed & de proprio corpore:ut nul
la in eo macula extincte lepre resideat. Tertio ergo nunc purificatus:ita demum
dignus efficitur ingredi castra domini, Non tamen cōtinuo permittitur ei introi
re domum suam:sed dicitur ut extra domum suam maneat septē diebus / & ra-
dat omnē pilum capitis et barbe & superciliorū / quasi nō suffecerit q̄ prius oēm
pilum raserat:nunc additur / ut omne pilū capitis & barbe et superciliorū radat.
Idem namq; uidetur dictū:in eo q̄ dixerat omnem pilum radendū, sed nō mihi
inanis uidetur esse ista repetitio, uult enim peccatorē posteaq̄ fuerit mundatus /
posteaq̄ remissionē peccatorum per penitentiā acceperit: de purgatione capitis
Ioan,5, admonere & barbe & superciliorꝝ. uelut si diceret ei. Ecce iam sanus factus es:ui-
de ne ultra capitis contrahas culpam, Capitis enim peccatum est:aliter q̄ fides ec
Math,18, clesie continet / de diuinis sentire dogmatibus. In barba uero:ut meminerit se ui
rilis etatis deposuisse peccata / & cōuersus fiat sicut ifans, In supciliis aūt arrogā-
tiā deiicit:& male elatū ad hūilitatē Christi iclinat supciliū, Scdo ergo ad hūc mo
dū ois pil9 corporis radit̄. Et sicut hec gemināt̄:ita & uestimēta semel i prima pu

rificatiōe lauisse nō sufficit. sed secūdo pcipit ut lauet uestimēta sua et corp⁹ suū aqua: & tunc quarto additur / et mundus erit, Hec autem fiunt intra castra quidem: posito eo adhuc tamen extra domum suam, Dicit enim. post septem dies in
›› die octaua assumet sibi duos agnos, Iam nō alius assumit: sed ipse sibi assumit du
›› os inquit agnos immaculatos / & ouem unam anniculam immaculatā / & tres decimas similaginis consperse in oleo / & cyatum olei unum: ut post hec quinta purificatione purificatus consumetur, Ex his ergo duobus agnis unus quidem immolatur: & dicitur pro delicto, In loco inquit in quo iugulatur pro peccato: & ubi holocaustomata fiunt / in loco sancto. Ecce iam dign⁹ efficitur ut offerat sacrificiū: qui potuit ad quintam purificationem peruenire / & hostia eius sancta sanctorū fit, Alius autem agn⁹ holocaustum efficitur: in quo propiciare pro ipso sacerdos dicitur ut purgetur, Igitur primus agnus qui pro delicto est: uidetur michi uirtutis ipsius formam tenere / quam sumpsit is qui erat in peccatis. per quā potuit propellere affectum peccandi: et malorum ueterum penitudinem gerere. Secundus uero agnus figuram tenere illius iam recuperate uirtutis: per quam abiectis & procul fugatis omnibus uiciis / integrum se & ex integro obtulit deo / & dign⁹ extitit diuinis altaribus. Ouis autem que post agnos assumitur (quantum conicere in tam difficilibus locis ualemus) fecunditatem puto q̄ designet eius qui cōuersus est a peccato / et totum se obtulit deo: qua post omnia in bonorum operum foetibus utitur / et innocentie fructibus pollet, In tria ergo: purificationis huius id est conuersionis a peccato ratio diuiditur, Prima est hostia: qua peccata soluuntur, Secunda est: qua anima conuertitur ad dominum. Tertia est fecūditatis & fructuum: quos in operibus pietatis is qui dicitur conuers⁹ ostendit, Et quia tres iste sūt hostie: idcirco subiungit et tres mensuras decime similaginis assumēdas / ut ubiq̄ intelligamus purificationem fieri non posse sine mysterio trinitatis, Vide autem q̄ hic in quinta purificatione non assumitur farina: sed iam similam habet iste q̄ purificatur a peccatis, Simila ei ascribitur unde habeat iam panem mundum: et hec oleo conspergitur, Sed & oleum eius ad duos usus diuiditur, Vnum quo simila conspergitur, alium quod sacerdos accipit integram mensuram cyati: ut ait, In quo (ut ego sentio) & panis eius pinguis efficitur per misericordiam: & oleum quo lux uera et scientie ignis accenditur / per manus sacerdotis capiti eius imponi
›› tur, Ita enim dicit, Et statuet (inquit) eum sacerdos qui mūdat eum in conspectu
›› domini ad ostium tabernaculi testimonii, Vide quia sacerdotis est statuere eum qui conuertitur a peccato: ut stabilis esse possit / & ultra non fluctuare nec moueri omni uento doctrine, Statuet ergo eum non solum intra castra: sed ad ipsū ostium tabernaculi testimonii ante dominum, Et posteaq̄ secundum ea que superius dicta sunt offeruntur hostie pro purificatione: adhibet inquit et cyatum olei et separat illud ante dominum, Et accipiet inquit sacerdos de sanguine / et ponet super extremam auriculam eius qui purificatur dextram / et super extremā manum eius dextram / et super extremum pedem eius dextrum, Et post hec inquit accipiet sacerdos non ipsum cyatum olei / sed ex ipso: et diffūdet inquit in manū suam sinistram / et intinget digitum suum sacerdos in oleo quod est in manu ei⁹

Ephe. 4.
Leui. 14.

sinistra/ & asperget septies ãte dominũ. Et iterum ex eo quod superest in manu eius sinistra imponet super auriculam eius qui purificatur dextram: et super extremam manum eius dextram/ & super extremum pedem eius dextrũ. Et post hec quod relictum fuerit ex oleo:imponet(inquit) sacerdos de manu sua super caput eius qui purificatur, Vides quomodo ultime & summe purificationis est aurẽ purificari: ut purus & mundus seruetur auditus, & manum dextram: ut munda sint opera nostra/ne aliquid immundum his admisceatur & sordidum. Sed & pedes purificandi sunt: ut ad opus bonum tantummodo dirigantur/nec ultra lapsus iuuentutis incurrant. ¶ Septies autem respergit eum sacerdos ex oleo coram domino. Post omnia etenim que pro purificatione celebrata sunt/postq̃ conuersus & reconciliatus est deo/post immolatas hostias: ordinis erat ut & uirtutem

Psal.50. super eum septẽplicem sancti spiritus inuitaret/secũdum eum qui dixerat, Red

Luce,11. de mihi leticiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me, Vel certe q̃uo peccatorum corda dominus in euangelio testatur a septem demonibus obsideri: cõpetenter septies ante dominum sacerdos in purificatione respergit, ut expulsio septem spirituum malignorũ de purificato corde: septies excusso digitis oleo declaretur. Hominibus ergo cõuersis a peccato/ purificatio quidem per illa omnia datur: que superius diximus, Donum autem gratie spiritus: per olei imaginẽ designatur, ut non solum purgationem consequi possit is qui conuertitur a pecca-

Luce,15. to: sed & spiritu sãcto repleri. quo et recipere priorem stolam et annulum possit: et per omnia reconciliatus patri/in locum filii reparari, Per ipsum dominum nostrum Ihesum Christum, cui est gloria in secula seculorum. A M E N.

¶ Octaui libri Cyrilli in Leuiticum: finis,

¶ Eiusdem liber nonus. De eo quod scriptum est de sacrificiis repropiciatiõis: & de duobus hircis quorum unus sors est domini/& unus a pompei/ qui dimittitur in eremum & de ingressu pontificis in sancta sanctorum.

Apõpeus: emissari9

Ie propiciationis indigent omnes qui peccauerunt: et ideo inter solẽ d nitates legis que figuras continent celestium mysteriorum/una quedam solennitas habetur que dies propiciatiõis appellatur, Hec ergo que nunc recitata sunt: legislatio est solennitatis ipsius/ que dies(ut diximus) propiciationis uocata est, Sed uideamus primo quid sibi uelit littere ipsius continentia: ut orantibus uobis (si tamen ita domino supplices simus: ut exaudiri mereamur) possitis accipere gratiam spiritus/per quam explanare ualeamus mysteria que continentur in lege. ¶ Defuncti sunt duo filii Aaron Nadab

Leui,10. et Abiud: cum offerrent ignem alienum ad altare domini, Necesse igitur erat ut celesti doctrina instrueretur Aaron: quomodo eum ad altare oporteret accedere/et quo supplicationum ritu propicium faceret dominum, ut ne etiam ipse incurreret hec: que incurrerant filii sui/incaute et incõuenienter accedentes ad altare dei/alienumq; ignem et nõ illum qui diuinitus datus fuerat offerentes, Propterea ergo de his hoc modo prefata est lex, Et locutus est dominus ad Mosem, Loquere ad Aaron fratrem tuum ut nõ intret omni hora in sanctuarium quod

Leui,16. est intra uelum ante conspectum propiciatorii/quod est super arcam testimonii

et non moriaf, Ex quo ostenditur q si omni hora introeat in sancta: non preparatus/non indutus pontificalibus indumentis/ neq; hostiis que statute sũt preparatis/neq; propiciato prius deo: morietur/ & iuste quidem/ tanq̃ qui non fecerit ea que conuenit fieri anteq̃ accedatur ad altare dei, Omnes nos iste sermo cõtingit: ad omnes pertinet quod hic loquitur lex, Precepit enim ut sciamus: quomodo accedere debeamus ad altare dei, Altare est enim super quod orationes nostras offerimus deo: ut sciamus quomodo debeamus offerre, scilicet ut deponamus uestimẽta sordida: que est carnis immunditia/ morum uicia/ inquinamenta libidinũ, An ignoras/ tibi quoq; id est omni ecclesie dei et credẽtium populo: sacerdotium datum? Audi quomõ Petrus dicit de fidelibus. Genus inquit electum/ regale sacerdotium gens sancta/ populus acquisitiõis, Habes ergo sacerdotiũ/ quia gens sacerdotalis es: & ideo offerre debes deo hostiam laudis/ hostiam orationum/ hostiam misericordie/ hostiam pudicitie/ hostiam iusticie/ hostiã sanctitatis. Sed ut hec digne offeras: indumentis tibi opus est mundis et segregatis a reliquorũ hominum communibus indumẽtis/ et ignem diuinum necessarium habes. Non aliquem alienum a deo: sed illum qui a deo hominib⁹ datur, De quo filius dei dicit, Ignem ueni mittere in terram: et quid uolo nisi ut accẽdatur? Si enim nõ hoc sed alieno et huic contrario igni utamur/ ut illo qui se transfigurat sicut angelum lucis: eadẽ sine dubio patiemur/ que Nadab passus est et Abiud. Precepit ergo mã datum diuinum ut instruatur Aarõ/ ne omni hora intret in sancta ad altare: sed cum fecerit prius ea que fieri mãdantur/ ne forte moriatur, ¶ Sed primo omniũ ostendamus quomodo hec que de sacrificiis conscribuntur: figuras esse apostol⁹ dicit et formas/ quarum ueritas in aliis ostendatur, ne forte auditores nos presumere arbitrentur: et legem dei in alium sensum q̃ scripta est/ uiolẽter inflectere, quod quidem autumare fortasse possent: si nulla in his que asserimus apostolica precederet authoritas, Paul⁹ ergo ad Hebreos scribens/ eos scilicet qui legẽ quidem legerent et hec meditata haberẽt & bene nota: sed indigerẽt intellectu qualiter sentire de sacrificiis debeant/ hoc modo dicit, Non enim in sancta manufactã introiuit Ihesus exemplaria ueritatis: sed in ipsum celũ/ ut appareat uultui dei ꝑ nobis. Iterum dicit de hostiis, Hoc enim fecit: semel seipsum offerendo hostiam, Sed quid de his singillatim querim⁹ testimoniũ? Omnem epistolam ipsam ad Hebreos scriptam si quis recenseat: et precipue eum locum ubi pontificem legis confert pontifici repromissionis/ de quo scriptum est/ tu es sacerdos ineternum secũdum ordinẽ Melchisedech: inueniet quomõ omnis hic loc⁹ apostoli/ exemplaria et formas ostendit esse rerum uiuarum & uerarum/ illa que in lege scripta sunt, Oportet ergo nos querere pontificem: qui semel in anno/ id est per omne hoc presens seculum: sacrificiũ obtulit deo/ indutus ueste, cuius domino iuuante que sit qualitas: ostendemus. Tunica inquit linea sanctificata induetur, Linum de terra oritur, Tunica ergo sanctificata linea induitur uerus pontifex Christus: cum naturam terreni corporis sumit, De corpore enim dicitur: quia terrenũ sit et in terram ibit, Volens ergo dominus et saluator meus hoc quod in terram ierat resuscitare: terrenum suscepit corpus/ ut id eleuatũ de terra portaret ad celum, Et hu⁹

1. Petri. 2. · Luce. 12. · 2. Cori. 11 · Hebre. 9 · Ibidem. · Psal. 109. · Hebre. 7 · Gene. 3.

mysterii tenet figuram hoc quod in lege scriptum est: ut linea tunica pōtifex induatur, Sed quod addidit sanctificata: nō ociose audiendū est. Sanctificata nāq; fuit tunica carnis Christi, non enim erat ex semine uiri cōcepta: sed ex spiritu sā-
cto generata, Et femoralia inquit linea sint super corpus eius, Femoralia indumētum est: quo pudenda corporis contegi & constringi solent, Si ergo aspicias saluatorem nostrum suscepisse quidem corpus: in corpore positum egisse humanos actus / id est uescendi / & bibendi / & cetera his similia: hoc autem solum opus non egisse quod ad pudenda corporis pertinet / carnemq; eius neq; nuptiis neq; filiorū procreationi patuisse: inuenies qualiter femoralia linea sanctificata habuerit, ut
1. Cori, 12 uere de ipso dici debeat: quia inhonestiora nostra abundantiorem honorem habent, Considera tamen & ipsum pontificis habitum. quia quod per naturam minus in eo honestum uidetur / cum indutus dicatur femoralibus lineis & zona cōstrictus: etiam secundū litteram de eo cōuenit dici / quia inhonestiora nostra abūdatiorem honestatem habent, Ita ergo & omnis qui in castitate uiuens imitatur Christum / hoc solum de humanis actibus nescientem: etiam ipse lineis femoralibus sanctificatis indutus est / & inhonestioribus suis abundantiorem circundeit honestatem. Tunica ergo linea sanctificata induitur: et femoralia linea super corpus eius sunt, Sed ne forte femoralia hec quibus pudenda conteguntur resoluta
Exodi, 20 defluant: & turpitudinē reuelent ac retegant (nō enim inquit facies grad' ad altare: ne forte reueletur in his turpitudo tua) ne ergo turpitudo tua defluentibus femoralib' reueletur: zona inquit femoralia constringātur, Quodā tempore exponentes Ioannem baptistam et alias Hieremiam / q. Hieremias quidem zonam / Ioannes uero pelliceam zonam circa lumbos habuisse diceretur: sufficienter ostendimus / quomodo per hec declaretur indicia pars illa corporis apud huiusmodi uiros ita emortua: ut neq; leuis ad carnis illecebras motus neq; alius quisq̄ in lūbis eorum fuisse crederetur / sed sola castitas et pura pudicitia, zona ergo pontifex linea cingitur: et cydarim lineam ponit super caput suum. omnia linea. Cydaris quod dicitur: ornatus quidam est qui capiti superponitur / quo utitur pōtifex in offerendis hostiis uel ceteri sacerdotes. Sed unusquisq; nostrum ornare debet caput suum sacerdotalibus ornamentis. Etenim quoniam omnis uiri caput Christus est / quicumq; ita agit ut ex actibus suis cōferat gloriā Christo: caput suum q est Christus ornauit. Potest et alio modo in nobis intelligi capitis ornatus: quādoquidem quod est in nobis primum ac summum et caput omnium / mens est. Ad dignitatem itaq; pontificis excolet caput suum: si quis mentem suam adornauerit sapientia & disciplinis. Quatuor igitur sunt ista quibus indui precipitur pontifex / et ita demum introire in sancta: ne hec nō habens moriatur ¶ Iam uero de hostiis quedam quidem mandantur debere esse pontificis: quedam uero a populo sumenda, Ipsius esse uitulus dicitur: quod est in animalibus preciosius & robustius, & secūdū animal aries est: quod in ouibus sine dubio pciosi9 est, A populo uero munera iubētur offerri: aries a principib9 / et hirci duo a populo. unus qui dimittatur in eremum / qui et apompeus nominatur: et unus qui domino offeraī, Si esset omnis populus dei sanct9 / et omnes essent beati: non fierent due sortes su

per hircis/et unus quidem sortem ferret ut dimitteretur in eremum/ali⁹ uero ut domino offerretur: sed esset sors una & hostia una domino soli, Nunc uero cum in multitudine eorum qui accedūt ad dominum: sunt quidam ipsius domini/ alii autem sunt qui mitti ad eremum debeant/ id est qui abiici merentur & separari ab hostia domini: propterea pars hostie que offert a populo/ id est un⁹ solus hircus domino immolatur/alius autem abiicitur et in eremū dimittitur/& apompe⁹ nominatur, Sors tamen cadit super utrumq;,& ille quidem qui in eremum mittitur: dicitur q. ipse auferat super se peccata filiorum Israel & iniusticias eorum & iniquitates ipsorum, Non enim ille hircus qui domini sors efficitur/ sed ille cuius sors est ut in eremum dimittatur: auferre ea dicitur, secūdū illud credo quod scriptum est, Dedi commutationem tuam Egyptum & Ethiopiam & Sienem p te: ex quo tu honorabilis factus es in conspectu meo, Peccata igitur eorum qui penitentiam egerunt & eorum qui reliquerūt maliciam: super capita sua suscipiūt ii qui effecti sunt in sorte eius qui in eremum dimittitur/ qui seipsos dignos tali ministerio uel huiusmodi sorte fecerunt. Conueniet autem uelut econtrario aptari his: et illud quod dictum est. qui habet: dabitur ei. Sicut enim qui habet iusticias/ additur ei: ita & qui habet peccata intātum ut in sorte hirci apompei inueniatur qui in eremum emittitur: addentur ei/ eaq; abstergentur a sanctis, ut et in ipsis impleatur quod scriptum est. Ab eo autem qui non habet: etiam quod habet auferetur ab eo/ ut ei addatur qui habet multas sordes peccatorum, Verum quoniā is qui in sorte domini est/ spem gerit non in presenti seculo sed in futuro: & cuius sors domini est/ quotidie moritur: propterea is quidem super quem sors domini ceciderit/ iugulatur & moritur/ ut sanguine suo purificet populum dei, Ille autē qui in sortem contrariam ceciderit: non est dignus ut moriatur. quia qui in sorte domini est: non est de hoc mundo. Ille uero de hoc mundo est: et mund⁹ quod suum est diligit, Ideo nō occiditur nec dign⁹ est iugulari ad altare dei: nec sanguis eius ad basim altaris meretur effundi. ¶ Sed uideam⁹ quis est hic qui accipit eum
» cuius sors apompei facta est: ut eum eiiciat in eremum. Homo inquit parat⁹ acci-
» piet hircum qui uenerit in sortem eius cui ceciderit sors apompei: & abducet eū
» in eremum. Finis sortis ipsius/ eremus est: id est locus desert⁹/ desertus uirtutib⁹/ desertus deo/ desertus iustitia/ desertus Christo/ desertus omni bono. Et nos ergo singulos manet sors una e duabus. Aut enim bene agentes sors domini sum⁹: aut male agentes sors nostra nos ducit ad eremum. Vis tibi euidenter ostēdam/ quomodo due iste sortes semper operētur/& unusquisq; nostrum aut sors domini aut sors apompei uel eremi fiat: considera in euangeliis illum diuitem uiuentē splendide & luxuriose/& Lazarum ad ianuam eius iacentem ulceribus plenum et cupientem saturari de micis que cadebāt de mensa diuitis: quis finis designat utriusq;, Mortuus est inquit Lazarus: et adductus est ab angelis in sinum Abrahe, Similiter autem & diues: & adductus est in locum tormēti, Animaduertis euidenter loca sortis utriusq; distincta, Vide etiam qui sunt qui abducunt. angeli inquit: qui semper parati sunt ad abducendum, Ministri enim dei sunt ad hoc ipsū designati: qui impleant sortem quam tibi ipse paraueris. Si enim bene uixeris/ si

Esaie. 43 · Luce. 19 · Ibidem · Luce. 16

fregeris esurienti panem tuum ex animo/nudum uestieris/rectum iudicium iudicaueris/iniquo aduersum iniquitatem suam restiteris/nec posueris consilium tuum cum iis qui laqueos innocentibus parant:sortem tuam facies domini, Si uero libidini seruias/uoluptatis amator sis magis q̃ dei/seculũ diligas/malitiam nõ oderis:sortem tuam fecisti apompei ut abducaris in eremum per man9 ministri dei/qui in hoc ipsum ordinatus a deo est, et ideo paratus appellatur: quia personam nullius erubescit/nec diuites/nec potẽtes/nec reges/nec sacerdotes, Vis autem scire quia ad dominum pertinent animalia hec que sortes istas excipiunt:nõ sunt immunda nec aliena ab altaribus dei/sed munda sunt et que in sacrificiis offerri solent, ut scias hec figuram tenere non eorum qui extra fidem sunt:sed eorũ qui in fide sunt, Hircus enim animal mundum est:& diuinis altaribus cõsecratũ, Et tu ergo per gratiam baptismi consecratus es altaribus dei:& animal factus es

Ioan,5, mundum, Sed si non custodias mandatum illud domini quod dixit, ecce iam sanus factus es/iam noli peccare:ne quid tibi deterius contingat, sed cum esses mũdus:rursum te peccati inquinamento maculasti/& ex uirtute ad libidinẽ/ex puritate ad immundiciam declinasti tuo uicio/cum animal mundum fueris:sorti te apompei eremiq; tradidisti, ¶ Potest autẽ fortassis & alio modo paratus & mũdus qui abducit eum cui sors uenit in eremũ/& eo ipso q̃ ducit eum quasi immũdum tetigerit/dicitur lauare debere uestimẽta sua ad uesperam & esse mund9: etiam ipse dominus & saluator noster intelligi ex ea parte/qua nature nostre id est carnis & sanguinis uestimẽta suscepit/q̃ in uesperum lauerit, Propter quod

zacha,3, et dudum propheta de eo dixerat. Et uidi Ihesum sacerdotem magnum indutũ uestimenta sordida:& diabolum stantem a dextris eius ut contradiceret ei, Lauit ergo in uino id est in sanguine suo stolam suam in uespera:et factus est mundus, Et inde fortassis erat q̃ post resurrectionem Marie uolenti pedes eius tenere

Ioan.20, dicebat, noli me tangere, Vis autem adhuc uidere et aliam duarum sortium formam:considera duos illos qui tempore crucis eius unus a dextris/& unus a sini-

Luce,23, stris pependerunt latrones, & uide illum qui cõfitebatur dominũ/sortem esse factum domini:et adductum esse sine mora ad paradisum, Illum uero alium blasphemantem:sortem factum esse apompei qui in eremum adduceretur inferni,

Colos,2, Sed & in eo quod dicitur:quia affixit cruci sue principat9 & potestates cõtrarias/ et triumphauit eas:sortem in iis apompei compleuit/et tanq̃ homo paratus abdu

Luce,11, xit eas in eremum, Deniq; & in euangelio dominus dicit, quia cum exierit de homine immundus spiritus:uadit per loca deserta/querens requiem et non iuenit. Ergo potest & saluator noster/homo paratus intelligi:qui sortem quidem domini/ecclesiam suam fecerit/eamq; diuino cõsecrarit altari, Sortem uero apompei:

Ephe,6, contrarias fecerit potestates/spiritus nequitie/& mundi huius rectores tenebra

Colos,2, rũ harũ, Quos sicut dicit apostol9 cũ potestate traduxit:triũphans eos in semetipso, Quo traduxit:nisi ad eremũ et ad loca deserta? Sicut enim illi qui confessus est aperuit paradisi ianuas/dicendo:hodie mecũ eris in paradiso, & per hoc:omnibus credentibus & confitentibus ingrediendi aditum dedit/quem prius Adã

Gene,23, peccante concluserat, Quis enim alius rompheam flammeam uersatilem/que

apposita est custodire lignum uite et fores paradisi: poterat dimouere. Quis alius Cherubim peruigili excubās custodia ualebat inflectere: nisi ipse solus/cui data est potestas omnis in celo & in terra. ut inquam preter ipsū nemo alius hec facere potuit: ita principatus ac potestates & rectores mundi quos enumerat apostolus/nemo alius poterat triumphare/& abducere in eremū inferni: nisi ipse solus qui dixit, Confidite/ego uici mūdum, Idcirco ergo necessarium fuit dominū et saluatorem meum non solum inter homines hominem nasci: sed etiam ad inferna descendere/ut sortem apompei tanq̄ homo paratus in eremum inferni deduceret: atq; inde regressus opere consumato ascenderet ad patrem. Ibiq; plenius apud altare illud celeste purificaretur: ut carnis nostre pignus quod secum euexerat/ppetua puritate donaret, hic ergo est uerus dies ppiciatiōis: cū ppiciatus est deus hominibus, sicut et apostolus dicit, Quoniam deus erat in Christo: mundū reconcilians sibi, Et iterum de Christo dicit, Pacificans per sanguinem crucis sue siue que in celo sunt/siue que in terra. Mandatur ergo in lege: ut in die repropiciationis omnis populus humiliet animam suam, Quomodo humiliet populus animam suā: ipse dicit, Venient inquit dies cū auferetur ab eis spōsus: & tunc ieiunabunt in illis diebus, Plures ergo aguntur dies festi secundum legem, est enim quidam solennis dies in mense primo, est & alius in secundo die mensis primi, & alia solennitas pasche/alia azimorum: licet coniuncta uideatur azimis pasche solennitas, Principium etenim azimorum: ad finem pasche coniungitur. Pascha autē ille solus dies appellatur: in quo agnus occiditur, reliqui uero: azimorum dies appellantur, Sic enim dicit, facies solennitatem azimorum septem diebus. Hec ergo est prima solennitas post hanc, Cum inquit demessueris messem tuam & cōgregaueris natiuitates ex agro tuo: facies diem festum de initiis fructuum tuorum, qui dies est post septem septimanas a festo pasche: unde etiam dici iubetur dies pentecostes in ipsa lege, Post hec in septimo mense alie aguntur solēnitates, Prima die mensis: neomenia tubarum, sicut dicitur in psalmo, Tuba canite in initio mensis. decima uero die septimi mēsis: ista est solennitas repropiciationis, In hac sola die pontifex induitur omnibus pontificalibus uestimentis, Tunc induitur manifestationem & ueritatem. tūc ingreditur ad illa inaccessibilia/quo semel in anno accedi tantūmodo licet: id est in sancta sanctorum. Semel enim in anno pontifex populum derelinquens ingredit ad eum locum ubi est repropiciatorium: & super propiciatoriū/Cherubim, ubi est et arca testimonii et altare incensi: quod nulli introire fas est nisi pontifici soli, Si ergo considerem uerum pontificem meū dominum Ihesum Christum: quomodo in carne quidem positus per totum annum erat cū populo/annum illum de quo dicit, euangelizare pauperibus misit me: & uocare annum domini acceptum et diem remissiōis. Deinde uero quomō semel in isto anno in die repropiciationis intrat in sancta sanctorū: hoc est cū impleta dispensatione penetrat celos. & intrat ad patrem/ut eum propicium humano generi faciat/& exorat pro omnibus credentibus in se. Hanc repropiciationem eius qua hominibus repropiciat patrem/sciens Ioannes apostolus: dicit, Hec dico filioli ut non peccemus, q. & si peccauerimus: aduocatū habemus apud

[Margin notes: Gene, 3. · Math. 28. · Ioan. 16. · 2. Cori. 5. · Colos. 1. · Math. 9. · Exodi, 23 · Leui. 23. · Psal. 80. · Leui. 23. · Leui. 16. · Esaie, 61. · Hebre, 7. · 1. Ioan, 2.]

patrem / Christū Ihesum iustū / & ipse est repropiciatio pro peccatis nostris. Sed et Paulus similiter de hac repropiciatione cōmemorat: cum dicit de Christo, quē
Roma.3. posuit deus propiciatorem in sanguine ipsius per fidem. Igitur dies propiciatiōis manet nobis usquequo occidat sol: id est quousq; finem mundus accipiat. Stam9 enim nos pro foribus operientes pontificem nostrum: cōmorantem intra sancta sanctorum / id est apud patrem: & exorantem pro peccatis eorum qui ipsum expectant / non pro omniū peccatis exorantem. Non enim exorat pro iis qui in sortem ueniunt eius hirci: qui emittitur in desertum. Pro illis exorat tantum qui sūt sors domini: qui eum pro foribus expectāt / qui non recedunt de templo / ieiuniis et orationibus uacantes. An tu putas qui uix diebus festis ad ecclesiam uenis / nec intentus es ad audienda uerba diuina / nec das operam ad implenda mandata: q, possit sors domini uenire super te? Optamus tamen ut uel his auditis operā detis / non solū in ecclesia audire uerba dei: sed & in omnibus domibus uestris exerceri & meditari in lege domini die ac nocte. & ibi enim Christus est: qui ubiq; adest querentib9 se. Propterea namq; mādatur in lege: ut meditemur eā cum imus
Deute.6 in uia / & cum sedemus in domo / & cū iacemus in cubiculo / & cum surgimus. Et hoc est uere pro foribus expectare pontificem morantem intra sancta sanctorū: et effici in sorte domini. Qz autem dicim9 de sorte / non sic accipiat auditor quasi sors talis aliqua dicatur: que inter homines casu & non iudicio agi solet. Quoniam sors domini ita accipiēda est: tanq̄ si diceretur electio uel pars domini. et rursum sors eius qui in eremū mittitur accipiēda est: ueluti pars illa que pro indignitate sua a domino spernitur & abiicitur. Magis enim et sermo ipse apompei: abiecti & refutati significantiam continet. ex quo possumus etiam illud intelligere. Verbigratia. ascēdit in cor tuum mala cogitatio: scilicet concupiscentia mulieris aliene / aut uicine possessionis. Intelligis hanc esse de sorte apompei. abiice confestim et expelle eam de corde tuo. Quomō abiicies? si habeas tecum parati hominis manum: id est si lectio diuina sit in manib9 tuis / et precepta dei ante oculos habeantur: tunc uere inueniris paratus ad abiiciēda et repellēda ea que sunt sortis aliene. Sed et ira si ascendit in cor tuum / si zelus / si inuidia / si malicia ad supplātandum fratrem: paratus esto ut abiicias eam et expellas / et emittas in eremum. Si uero ascendat in cor tuum cogitare que dei sunt / de misericordia / de iustitia / de pietate / de pace: hec de sorte sunt domini / hec offeruntur ad altare / hec pontifex suscipit: et in his tibi reconciliat dominum. Propterea ergo et is qui eiicit eū in quo sors apompei est / hoc est malas cogitationes et malas cupiditates: non est homo piger nec occupat9 negociis secularibus / sed parat9 est ac promptus & uigilans. Qui etiam si sordescere uideatur pro eo q, cōtigerit immūdum: ipse lauet statim uestimenta sua et erit mund9. Rursū intelligere possumus / quantum ad unumquemq; nostrum pertinet secundum moralem locum: esse hominem paratum / rationē ipsam que intra nos est / per quam discretio nobis boni maliq; est. que etiam si uidetur sordescere dum discutit & pertractat ipsa que mala sunt: tamen si ea abiiciat et expellat a corde procul et fuget / tunc melioribus cogitationibus uelut purificata ac diluta: munda uidebitur rationabilis mens. Nec sane mire

ris q, etiam ad personam saluatoris traximus hunc qui eiicit hircum & expellit in eremum: quia dicitur lauare uestimenta sua & fieri mundus/ propter illud quod legimus in propheta dici de domino sicut supra diximus. & uidi Ihesum sacerdo- zacha,3.
tem magnum: indutū uestimēta sordida. Quod si utiq; pro assūptiōe carnis dici pie intelligitur: etiam hic in lauandis uestimētis potest eadē figura seruari, ¶ Videamus post hec: que sunt q̄ pōtifex faciat. Et sumet inquit uasculum plenū carbonib⁹ ignis de altari: quod est coram domino, Legim⁹ et in Esaia/ quia igni purgatur propheta per unum ex seraphim: quod missum est ad eū/ cum accepit for- Esaie,6.
cipe carbonem unum ex iis qui erant super altare: & contigit labia prophete/ & dixit. Ecce abstuli iniquitates tuas. Michi uidentur mystica hec esse/ & hoc indicare: q, unicuiq; secundum id quod peccat/ si dignum fuerit purificari eum: inferū-
tur carbones membris eius. Nam quoniā dicit propheta hic, immunda labia ha- Ibidem.
beo: in medio quoq; populi immunda labia habentis habito, idcirco carbo forcipe assumptus a seraphim/ labia eius purgat: quibus solis se mundum nō esse profitetur. Ex quo ostenditur: q, usq; ad uerbum tantummodo/ peccatum eius inueniretur. in facto uero uel opere: nullo modo peccauerit, alioqui dixisset/ quoniam immūdum corpus habeo uel immundos oculos habeo: si peccasset in concupiscēdo alieno. et dixisset/ immūdas man⁹ habeo: si eas polluisset operib⁹ iniquis, Nūc autem quoniam in solo fortasse sermone conscius sibi erat delicti illius: de quo di-
cit dominus, quia etiam de uerbo ocioso reddetis rationem in die iudicii, pro eo Math.12.
q, difficile esset etiam perfectis: culpam uitare sermonis. idcirco indigebat etiam propheta: sola purgatione labiorum. Nos autem si redeat unusquisq; ad consciētiam suam/ nescio si possumus aliquod membrum corporis excusare: quod non igne indigeat, Et propheta quidem quoniam ab omnib⁹ mūdus erat: idcirco meruit ut unus de seraphim mitteretur ad eum/ qui eius sola labia purgaret, Nos uero (uereor) ne ignem nō membris singulis: sed toto corpore mereamur. ignē quidem punitorium peccatorum: que et singulis membris et toto ipso corpore in de-
um cōmittimus, Per que eniquis peccat: p hec & torquetur, Si igitur unūquodq; Sapi.11.
corporis membrum & totum nostrum corpus inflāmamus igne gehenne/ ex ardescētes per effrenes cupiditates et libidines: quidni meremur cruciari igne illo inextiguibili quē in nobis succēdere cepim⁹/ cui⁹ incēdia in cordib⁹ nr̄is et mēbris inchoauim⁹? Et haud dubie illū tādē psentiem⁹: nisi petierim⁹ a dn̄o nūc ignē nobis e celo purgatoriū mitti/ quo mūdi desideria in mētib⁹ nr̄is penit⁹ absumant, Cū eni lasciuiūt oculi uel per illicitas cōcupiscētias uel p spectacula diabolica: quid aliud nisi ignem sibi cōgregant? cum aures nō auertuntur ab auditu uano ac derogationibus proximorum: cum manus a cede nequaq̄ & rapinis ac depredationibus continentur/ cum pedes ueloces sunt ad effundendum sanguinem/ cumq; corpus non domino sed fornicationi tradimus; quid queso aliud nisi totum cor- Math,13.
pus tradimus in gehennam? Sed hec cū dicūtur: cōtemptui habent. quare? quia
fides deest. Alioqui si tibi hodie diceret/ quia iudex seculi uult te die crastino ui- Iacobi,3.
uū exurere/ et his auditis si esset tibi uni⁹ diei spaciū liberū: quāta faceres/ quō & p quos discurreres/ q̄ hūilis q̄ lugēs & sordid⁹ oberrares. Nōne effūderes omnā

pecuniam tuam in eos:quorum intercessione euadere te posse crederes? Nonne oia que possideres:redẽptionẽ faceres anime tue? Q2 si etiam aliquis te retardare aut impedire tentaret: nonne diceres / pereant omnia pro salute mea: nec quicq̃ remaneat / tantum ut ego uiuam? Hoc quare faceres? quia inde non dubi-
Luce.18, tares:hinc dubitas,et ideo dominus dicit, Putas ueniens filius hominis:inueniet fidem super terram? Et quid ego dico de certis indubitatisq; periculis? tantũmodo si causa dicenda sit apud iudicem terrenum:cuius aliquem metum ex legibus quis habere uideatur. Nõne omnibus uigiliis excubatur:aduocati / patroni / munera preparãtur? etiam si anceps periculum sit:aut etiam solius note metus / uel damni ratio, Nos quare nõ credim9 / q, omnes astabimus ante tribunal Christi: ut reportet unusquisq; propria corporis prout gessit:siue bona siue mala? Hec si
Prouer.13 integre crederemus:esset nobis secundum quod scriptum est / redemptio anime uiri:diuitie ei9, Sed unde possumus hec uel sentire uel credere / uel intelligere: cũ ne ad hec ipsa quidem audienda conueniamus? quis enim uestrum cum recitantur scripture:prebet auditum? De9 per prophetam comminatur / et quidem in
Amos.8, ira magna.et mittam famem super terram:non famẽ panis neq; sitim aque / sed famem audiendi uerbum dei, Sed nunc famem non misit deus super ecclesiam
Ioan,6. suam:neq; sitim ad audiendum uerbum dei, Habemus enim panem uiuum qui
Ioan,4, de celo descendit:habemus aquam uiuam salientem in uitam eternam. Cur nos ipsos fecunditatis tẽpore:fame necamus ac siti? pigre ac desidis anime est:in abũdantia omnium penuriam pati, Non auditis ex diuinis scripturis:quia certamen est inter homines / carni aduersus spiritum / et spiritui aduersus carnem? & nescitis quia si carnem solam nutriatis / et ipsam frequenti mollitie ac iugi deliciarum fluxu foueatis:insolescet necessario aduersum spiritum & fortior illo efficietur? Quod si fiat:sine dubio eum in ditionem suam redactum / suis coget legib9 ac uicus obedire. Si uero ad ecclesiam frequenter ueniens / aurem litteris diuinis admoueas / explanationemq; mãdatorũ celestium capias:sicut cibis & deliciis caro / ita spiritus uerbis diuinis conualescet, ac sensibus & cupiditatibus robustior effectus:carnem sibi parere coget / ac suis legibus obsequi. Nutrimenta igitur spiritus sunt:diuina lectio / orationes assidue / sermo doctrine, his alitur cibis / his cõualescit / his uictor efficitur, Quod quia non facitis:nolite conqueri de infirmitate carnis / nolite dicere:quia uolumus / sed non possumus, Volumus continenter uiuere:sed carnis fragilitate decipimur / et impugnamur stimulis eius. Tu das stimulos carni tue / tu eam aduersus spiritum tuum armas et potentem facis: cum eam carnibus satias / uino nimio inundas / omni mollitie palpas / & ad illecebras nutris, An nescitis quia non potest edificium istud ecclesie ex leprosis lapidibus
1,Cori.5, construi? audi quid dicit apostolus, Modicum fermentum totam massam corrũpit. Expurgate ergo uetus fermentum:ut sitis noua conspersio. ¶Sed ad propositum redeamus, Et accipiet inquit uasculũ plenũ carbonib9, Non oẽs purgant eo igni:qui de altari assumitur. Aaron purgatur illo igni / & Esaias:& qui sunt similes illis, Alii uero qui non sunt tales (de quibus etiam meipsum computo) alio
Danie,7. igni purgabuntur, Timeo ne illo:de quo scriptũ est, Fluuius ignis currebat ante

ipſum.Iſte ignis non eſt de altari.qui de altari eſt ignis:ignis eſt domini.qui autē
extra altare eſt:non eſt domini/ſed proprius uniuſcuiuſq; peccantium. de quo
dicitur, uermis eorum non morietur:& ignis eorum non extinguetur, Iſte ergo Eſaie.66.
ignis/ipſorum eſt qui eum accenderunt:ſicut alibi ſcriptū eſt, Ambulate in igne Eſaie.50.
ueſtro:et in flāma quam accendiſtis uobis, Eſaie autem nō ſuus ignis apponitur:
ſed ignis altaris qui circumpurgauit labia eius, qualis et hic eſt de quo dicitur.& Eſaie.6.
» ſumet uaſculum plenum carbonibus ignis de altari quod eſt coram domino:&
» implebit manus ſuas incenſo compoſitionis minuto, quod quidem plenius domi
nus noſter fecit, Impleuit enim manus ſuas incenſo cōpoſitionis minuto: de quo
ſcriptum eſt. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum:in cōſpectu tuo, Impleuit enī pſ.140.
manus ſuas ſanctis operibus:que pro humano genere operatus eſt. Quare autē
compoſitionis incenſum dicitur? quia non eſt una ſola ſpecies operum, ſed ex iu=
ſticia/ex pietate/ex continentia/ex prudentia/et omnibus huiuſcemodi uirtuti
bus componitur hoc:quod placet deo, Sed & minutum quod addidit:non ocioſe
intelligimus, Non enim uult eum qui ad perfectionem tendit/uerbum dei craſſe
& carnaliter intelligere:ſed minutum in his ſenſum/ſubtilemq; perquirere. Vt ſi
forte audiat ſcriptum eſſe:non obturabis os bouis triturantis/ille hec non de bo= Deute.25
bus intelligat(neq; enim de bobus cura eſt deo)ſed de apoſtolis dictum accipiat. 1.Cori.9.
Sed et ſi quis de prouidentia dei rationem (que eſt minutiſſima & ſubtiliſſima)
poſſit exponere:iſte minuto incenſo manum ſuam replere dicitur, Quis ergo no
ſtrum ita promptus eſt & paratus: ut ingreſſuro pontifici in ſancta ſanctorum
incenſum compoſitionis offerat minutum? neceſſe eſt enim nos ſingulos aliquid
offerre tabernaculo dei/aliquid etiam pontificalibus indumētis: aliquid itidem
quod per pontificis manus ad ipſum dominum per odorem ſuauitatis aſcendat,
Pontifex igitur noſter dominus et ſaluator aperit manus ſuas: & ſuſcipere uult
ab unoquoq; noſtrum incenſum compoſitionis minutum, Neceſſe eſt nos quere
re ſpecies incenſi, Libanum nobis querendum eſt: & non qualecunq; libanum/
ſed dilucidum. Non uult a nobis ſuſcipere pontifex obſcurum aut ſordidum: di=
lucidum querit. Sed et galbanum a nobis poſcit:cuius natura eſt/ut uehementia
odoris ſui ſerpētes noxios effuget. Querit & ſtacten, colata enī & defecata uult
eſſe:uel uerba noſtra uel opera. Querit & onichen:quo uelut ſcuto quodam ob=
tegitur animal ſuū/et illeſum permanet, Ita et te uult ſcuto fidei eſſe protectū/
quo omnia iacula maligni ignita reſtringas. Hec tamen omnia in te uult eſſe cō= Ephe.6.
poſita:nihil inordinatum/nihil inquietum/nihil indecens/ſed hoc uult:ut omnia
noſtra compoſite & honeſte fiant, Stat ergo etiam nunc uerus pontifex noſter
Chriſtus:& implere uult manꝰ ſuas incenſo compoſito/minuto/& ab unaquaq;
eccleſia que ſub celo eſt, Conſiderat quid offeratur:q̄ integre incenſum ſuum di
ligenterq; componat/q̄ minutum id faciat. id eſt quomodo unuſquiſq; noſtrum
opera ſua ordinet/& quomodo ſenſum ac uerba ſcripturarum ſpiritali explana
tione diſcutiat, Nec angelorū miniſteria ab huiuſcemodi officiis deſunt, Angeli
enim dei aſcendunt & deſcendunt ad filios hominum:perquirūt & curioſe agūt
quid in unoquoq; noſtrū inueniant/quod offerant deo, Vident & perſcrutātur

uniuscuiusq; nostrum mētem:si habeat aliquid tale/si tā sanctū aliquid cogitet/
quod deo mereatur offerri, Intuentur & considerant si quis nostrum ex iis que
dicuntur in ecclesia corde compungitur/et animum conuertit ad penitētiam, si
his auditis corrigere cogitet uias suas:et obliuisci preterita/ac preparare se ad fu
3,Reg.21 tura/saltem secundum Achab illum impiissimum:de quo dicit dominus. Vidisti
quomodo compunctum est cor Achab? Sed in his omnibus quid de illis dicam:q
nec audiunt auribus hec/nec corde recipiunt? que in illis compūctionis spes/que
conuersionis suspitio/que emendationis uia? Si enim etiam de iis qui audiunt du
bitamus:quid speramus de iis qui omnino non audiunt? Sed utamur uerbis do-
Luce,8, mini & dicamus:qui habent aures audiendi audiant.& qui audiunt: sciant scri-
Ezech,33 ptum esse.quia cum conuersus ingemueris:tunc saluus eris/et scies ubi fueris, &
si dixeris tu peccata tua prior:ego exaudiam te tanq̄ populum sanctum. Audisti
etiam quomodo si peccator fuisti:tamen si conuersus es & destitisti a peccato/iā
sanctus appellaris. Nihil ergo desperandum est iis qui cōpunguntur/et cōuertū
» tur ad dominum, Non enim superat bonitatē dei malicia delictorum, Sumit er-
» go pontifex uasculum plenum carbonibus ignis de altari quod est coram domi-
» no/& implet manum suam de incēso compositionis minuto: et infert in interio-
» ra uelaminis, ❡ Intelligamus primo quid designet historia: et tunc quid sensus
spiritalis habeat requiramus, Duplex est edes tabernaculi testimonii uel tēpli do
mini, Prima est in qua altare holocaustorum est:quod perpetuis ignibus excita-
tur. In qua ede solis licet assistere sacerdotibus/et sacrificiorum ritus ac ministe-
ria celebrare; et neq; leuitis neq; alteri cuiq̄ preter sacerdotes ad eam idulgetur
Hebre.9, accessus, Secūda uero edes interior est/solo ab hac discreta uelamine: itra quod
uelamen arca testamenti/et propiciatorium (super quod cherubim duo statuta
sunt) et altare incensi collocatum est, In hanc edem semel in anno quicūq; erat
primus pontifex/oblatis prius hostiis propiciatiōis (de quibus supra exposuim9)
ingrediebatur: habens utramq; manum repletam. unam uasculo carbonum/
et aliam compositionis incenso. ut cum fuisset ingressus:statim superposito incē
so carbonibus fumus ascenderet/totamq; edem repleret, ut aspectum sanctorū
quem ingressus pontificis reuelauerat:nubes uelaret incēsi. Si tibi sacrificiorum
mos patuit antiquus:quid hec etiam secundum rationem mysticam contineant
uideamus, Duas audisti edes:unam quasi uisibilem et patentem sacerdotibus/
aliam uelut inuisibilē & inaccessam/excepto uno solo pontifice:ceteri foris sunt.
Prima edes ista/puto q̄ intelligi possit hec (in qua nunc sumus in carne positi) ec
clesia: in qua sacerdotes ministrant ad altare holocaustorum/succenso illo igni
Luce,12, de quo dixit Ihesus. Ignem ueni mittere in terram: & quid uolo nisi ut accenda-
tur? Et nolo mireris q̄ hec edes solis sacerdotibus pateat, Omnes enim quicunq;
unguēto sacri chrismatis delibuti sunt:sacerdotes effecti sunt, sicut Petrus ad
1,Petri.2, omnē dicit ecclesiā. Vos autem estis gen9 electum/regale sacerdotiū/gēs sancta.
Estis ergo gen9 sacerdotale:et ideo acceditis ad sācta. Sed & unusquisq; nostrū
Luce.14, habet i se holocaustū suū:et holocausti sui ipē succēdit altare/ut semp ardeat. Er
Luce,9, go si renunciem oībus que possideo/& tollā crucem meā & sequar Christū:holo-

caustum obtuli ad altare dei, Aut si tradidero corpus meum ut ardeam habens 1.Cori,13.
charitatem/et gloriam martyrii cōsequar:holocaustum meipsum obtuli ad alta
re dei, Si diligam fratres meos:ita ut animam meam ponam pro fratribus meis/ Ioan,15.
si pro iusticia & ueritate usq; ad mortem certauero:holocaustum obtuli ad alta= Ecci,4.
re dei, Si membra mea ab omni concupiscentia carnis mortificauero/si mundus Galath,6
mihi crucifixus sit et ego mundo:holocaustū obtuli ad altare dei/& ipse mee ho=
stie sacerdos efficiar, Hoc ergo modo sacerdotiū geritur. In prima ede et hostie
offeruntur:& ex hac ede sanctificate sunt, Et indutus uestimētis pontifex ex ea
proficiscitur/et ingreditur in interiora uelaminis:sicut iam superi9 Pauli uerba
posuimus dicentis, Nō in manufacta sancta/sed in ipsū celū penetrauit (inquit) Heb,9.
Ihesus:et apparet uultui dei pro nobis. Celi ergo loc9 et ipsa dei sedes:per interio=
ris edis figuram atq; imaginem designatur. Sed mirum contuere ordinem sacra
mentorum. Ingrediens pontifex in sancta sanctorum/ignem secum de hoc alta
ri portat/et incensum de hac ede suscipit, sed et uestimenta quibus indutus e st:
de hoc loco sumit, Putasne dignabitur dominus meus uerus pontifex/et a me su
scipere partem aliquam incensi compositioris/minuti:quod secum deferat ad pa
trem? Putasne inueniet in me aliquid igniculi/et holocaustum meum ardens: ut
dignetur ex eo uasculum suum implere carbonibus/et in ipsis deo patri odorem
suauitatis offerre? Beat9 est/cuius tam uiuos tamq; ignitos holocausti sui carbo=
nes inuenerit:ut eos aptos iudicet quos altari superponat incensi, Beatus/in cui9
corde inuenerit tam subtilem/tam minutū/tanq; spiritalē sensum/& ita diuer=
sa uirtutum suauitate compositum:ut replere dignetur ex eo manus suas/deoq;
patri suauem odorem intelligentie eius offerre, At contra infelix anima/cuius si
dei ignis extinguit: et refrigescit charitatis calor. Ad quam cum uenerit celestis
pontifex noster querens ab ea ignitos & ardentes carbones/sup quos incensum
offerat patri:inuenit in ea aridos cineres et frigidas fauillas, Tales sunt omnes qui
subtrahunt se & longe fiunt a uerbo dei:ne audientes sermones diuinos/accen=
dantur ad fidem/incalescāt ad charitatem/igniantur ad misericordiam. Vis ti=
bi ostendam quomodo de uerbis spiritus sancti ignis exeat/et accēdat corda di=
scētium? audi dicentem Dauid in psalmo, eloquium domini igniuit eū. Et iterū ps.104.
in euāgelio scriptum est: postq̄ dominus locutus est ad Cleopham, Nōne cor no= Luce.24.
strum inquit ardens erat intra nos:cum aperiret nobis scripturas? Tu ergo unde
ardebis/unde inuenientur in te carbones ignis:qui nunq̄ domini igniris eloquio/
nunq̄ uerbis sancti spiritus inflammaris? Audi & alibi ipsum Dauid dicentem,
Concaluit cor meū intra me:et in meditatione mea exardescet ignis, Vnde & tu ps.38.
concalescis/unde in te ignis accenditur: qui nunq̄ in diuinis meditaris eloquiis?
Immo quod est infelicius: concalescit spiritus tuus in spectaculis circi/cōcalescit
in equorum cōtentionibus/in certamine theatri. Atq; iste ignis non est de alta=
ri domini:sed hic est qui dicit ignis alien9, Et audisti paulo superi9 q, qui obtule
runt alienum ignem ante dominum:extincti sunt, Concalescis etiam: cum te re Leuiti,10
pleuerit iracūdia/& cum te inflammauerit furor. Vreris interdum & amore car
nali:ac turpissime libidinis iactaris incēdiis, Sed ois iste ignis alien9 est:& cōtrari9

deo. quem qui accenderit:sine dubio Nadab & Abiud perferet sortem. Ait ergo
Leuiti,16 eloquium diuinum, Et imponet incensum super ignē in cōspectu domini: & operiet fumus incensi propiciatorium quod est super testimonia / et non morietur, & sumet de sanguine uituli et resperget digito suo super propiciatoriū contra orientem, ¶ Ritus quidem apud ueteres propiciationis pro hominibus / qui fiebat ad dominum / qualiter celebraretur: edocuit. Sed tu qui ad Christum uenisti pontificem uerum / qui sanguine suo deum tibi propicium fecit et reconciliauit te patri: non hereas in sanguine carnis / sed respice potius in sanguinē uerbi / et audi ipsū
Math.26 tibi dicentem, Quia hic est sanguis meus: qui pro uobis effundetur in remissionē peccatorum, Nouit qui mysteriis imbutus est: carnem et sanguinē uerbi dei, Nō ergo immoremur in his: que et scientibus nota sunt / et ignorantibus patere non possunt, Qꝫ autem contra orientem respergit: non ociose accipias / ab oriente ti
Zacha,6, bi propiciatio uenit, Inde est enim uir / cui oriens nomen est: qui mediator dei & hominum factus est. Inuitaris ergo per hoc ut ad orientem semper respicias: unde tibi semper oritur sol iusticie / unde semper tibi lumen nascit̄ ut nunq̄ in tenebris ambules / neqꝫ dies ille nouissimus te in tenebris comprehendat, ne tibi ignorātie nox et caligo subrepat: sed ut semper in sciētie luce uerseris / semp habeas diem
" fidei / semp lumē charitatis et pacis obtineas, ¶ Addit post hec scriptura, Et nō
" erit inquit homo: cum ingredietur pōtifex intra uelamen interius / in tabernaculo testimonii, Quomodo nō erit homo? ego sic accipio: q, qui potuerit sequi Christum / et penetrare cum eo interius tabernaculū / et celorum excelsa cōscendere: iam non erit homo / sed secūdum uerbum ipsius tanq̄ angelus dei, aut etiam forte ille super eum sermo complebitur: quem ipse dominus dixit. Ego dixi: dii estis /
ps.81, et filii excelsi omnes. Siue ergo spiritalis effectus / unus cum domino spiritus fiat / siue per resurrectionis gloriam in angelorum ordinem trāseat: recte iam nō erit homo, Sed unusquisqꝫ ipse sibi hoc prestat: ut uel excedat hominis appellationē / uel intra conditionem huius uocabuli censeatur, Si enim fact⁹ homo seruasset ab
Ecci,15, initio illud quod ad eū scriptura dicit, ecce posui ante oculos tuos mortē & uitā: elige uitam, si hoc fecisset: nunq̄ pro peccato humanum genus mortalis conditio tenuisset, Sed cum derelinquēs uitā / mortem secutus est: homo factus est, & non
Gene,3, solū homo: sed et terra, propter quod et in terram redire dicitur. Requiro tamē que sit ista mors: quā dicit / ante oculos tuos posui, De uita enim nō dubitatur / q, semetipsum indicet deus / q dixit, Ego sum ueritas et uita. Que est ergo ista mors uite contraria: quam posuit deus ante oculos nostros? De illo id dici puto: de quo
1,Cori,15 Paulus dicit, Nouissimus inimicus destruetur mors. Iste est ergo diabolus inimicus: qui primo quidem ante oculos positus est / sed nouissimus destruetur. Posit⁹ autem fuerat ante oculos: nō ut sequeremur eum / sed ut uitaremus, Vnde & arbitror q, ipsa per se anima humana: neqꝫ mortalis dici potest neqꝫ imortalis, sed si contigerit uitam: ex participio uite erit immortalis, In uita enim non dicitur mors. Si uero auertens se a uita / participiū traxerit mortis: ipsa se facit esse mor
Ezechi,18 talē, & ideo propheta dicit. Anima que peccat: ipsa morietur, quāuis mortē eternā ad interitū substātie nō sentiamus, sed hoc ipsū q, anima aliena & extortis fit

a deo qui uera uita est:mors ei esse credēda est.Nulla ergo participatio sit iusticie cum iniquitate / nulla societas luci ad tenebras / nulla consonātia Christi cum Be lial,Si eligimus uitam:semper uiuemus / mors nobis non dominabitur / et comple bitur in nobis sermo domini quem dixit.Qui credit in me:etiā si moriatur uiuet, Eligamus ergo uitā / eligamus lucē:ut in die honeste ambulemus, ut et nos sequē tes Ihesum intra uelamen tabernaculi interioris: iam non sim9 ut homines mor tales sed ut angeli immortales / cum nouissimum inimicum destruxerit mortem ipse dominus noster Ihesus Christus:qui est uia et ueritas & uita / cui gloria et im perium in secula seculorum Amen.

2.Cori.6.
Ioan.11.
Ioan.14.

¶ Libri noni Cyrilli in Leuiticum:finis.

¶ Eiusdem liber Decimus:de ieiunio quod in die propiciationis fit / et rursum de birco qui in eremum mittitur.

Os quidem qui de ecclesia sumus / merito Mosem recipimus et scri pta eius legimus:sentientes de eo q̄ propheta sit / et deo sibi reuelā te:in symbolis & in figuris ac formis allegoricis conscripserit futu ra mysteria / que in tempore suo dicemus impleta.Qui uero huius modi in eo nō recipit sensum / siue Iudeorum quis siue etiā nostro rum est; is ne prophetam quidem eum fuisse docere potest, Quomodo etenim prophetam probabit:cuius litteras asserit esse communes / futuri nullius conscias / nec occulti aliquid mysterii continentes? Hunc itaq̄ qui ita sentit / legētem hec: arguit sermo diuinus dicens. Putas ne intelligis que legis? Est ergo lex & omnia q̄ in lege sunt:secundum apostoli sententiam usq̄ ad tempus correctionis imposi ta. Et sicut ii quib9 artificium est signum ex ere facere / et statuas fundere / anteq̄ uerum opus eris producant aut argenti uel auri:figmentum prius luti ad simili tudinem future imaginis formant:quod figurari necessariū quidē est / sed usq̄ quo opus quod principale est expleatur, Cum autem fuerit effectum opus illud propter quod figmentum luti fuerat efformatū:usus eius ultra nō queritur,Ta le aliquid intellige etiam in iis:que in typo & figura futurorum in lege & propho tis scripta uel gesta sunt, Venit eni ipse artifex & author omniū:et legē que um bram habebat futurorum bonorum / trāstulit ad ipsam imaginem rerum ¶ Sed ne forte difficile tibi probari posse que dicimus uideantur: recognosce per sin gula, Erat prius Hierusalē urbs illa magna & regalis:ubi templum famosissimū deo fuerat extructū,Postea uero q̄ uenit ille q̄ erat uerū tēplū dei / et dicebat de tēplo corporis sui,soluite templū hoc,& quia celestis Hierusalē cepit aperire my steria:deleta est illa terrena / ubi celestis apparuit,& in templo illo non remansit lapis super lapidē: ex quo uerū tēplū dei facta est caro Christi.Erat prius pōtifex sanguine taurorum et bircorum purificans populum,sed ex quo uenit uerus pō tifex / qui sāguine suo sanctificaret credētes:nusq̄ est ille pōtifex prior / nec ullus ei relictus est locus,Altare fuit prius:et sacrificia celebrabantur. Sed ut uenit ue rus agnus qui seipsum obtulit deo:cuncta illa uelut pro tēpore posita cessauerūt. Non tibi ergo uidetur / q̄ secundum figurā quā supra proposuim9 / uelut forme fuerit q̄dā e luto facte:p quas ueritatis exprimerent imagies? Propterea deniq̄

Actuū.8.
Hebre.9.
Ioan.2.
Luce.21.

elegi dicit dominus: neq; diem ut humiliet homo animam suam. Tu si uis ieiunare secũdum Ihesum Christum & humiliare animam tuam: omne tibi tẽpus apertum est totius anni, Immo totius uite tue dies habeto ad humiliandam animam tuam: si didicisti tamen a domino saluatore nostro / qui mitis est & humilis corde. Quando ergo non est tibi humilitiationis dies: qui Christum sequeris / qui est humilis corde et humilitatis magister? Tu itaq; si uis ieiunare: ieiuna secundum preceptum euangelii, obserua in ieiuniis euãgelicas leges / in quibus hoc modo saluator de ieiuniis mandat, Tu autem si ieiunas: unge caput tuum / et laua faciem tuã Math. 6. Q; si requiris quomodo laues faciem tuam: Paulus apostolus docet queadmodũ 2. Cori. 3. reuelata facie gloriam domini contempleris / ad eandem imaginem reformatus a gloria in gloriam tanq̃ in domini spiritu, Vnge etiam caput tuum: sed obserua ne oleo peccati. Oleum enim peccatoris non impinguet caput tuũ, Sed unge caput oleo exultationis / oleo leticie / oleo misericordie: ita ut secundum mandatum sapientis / misericordia & fides nõ te deserant, Propterea enim et apostolus Paulus uolẽs abstrahere nos ab his uisibilibus & terrenis / & erigere animos sensusq; nostros ad celestia: clamat & dicit. Si resurrexistis cũ Christo: que sursum sũt que rite / nõ que super terram, Nonne aperte tibi dicit, noli querere in terris Hierusalem nec obseruantias legis nec ieiunium Iudeorum: sed ieiunium Christi? Ieiunãs enim debes adire pontificem tuum Christum / qui utiq; non in terris requirend9 est sed in celis: & per ipsum debes offerre hostiã deo, Vis tibi adhuc ostendã qualiter te oportet ieiunare ieiunium: ieiuna ab omni peccato / nullum cibum sumas malicie / nullas capias epulas uoluptatis / nullo uino luxurie incalescas: ieiuna a malis actibus / abstine a malis sermonibus / contine a cogitationib9 pessimis, Noli cõtingere panes furtiuos peruerse doctrine: non concupiscas fallaces philosophie cibos / qui te a ueritate seducãt. tale ieiuniũ deo placet, Abstinere uero a cibis quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus / & hoc facere cũ iis qui Christum crucifixerunt; acceptum esse non põtest deo, Indignati sunt aliquando Pharisei domino: cur non ieiunarent discipuli eius. quibus ille respondit, Quia non possunt filii sponsi ieiunare: q̃diu cum ipsis est sponsus, Illi ergo ieiunãt qui perdiderunt sponsum. Nos habentes nobiscum sponsum: ieiunare non possumus, Nec hoc tamen ideo dicimus: ut abstinentie Christiane frena laxemus. Habemus enim quadragesime dies ieiuniis consecratos: habemus quartam & sextã septimane diem quibus solenniter ieiunamus, Est certe libertas Christiano / per omne tempus ieiunandi: non obseruantie superstitione / sed uirtute continentie, Nam quomodo apud eos castitas incorrupta seruatur: nisi arctiorib9 cõtinentie fulta subsidiis? quomodo scripturis operam dabunt / quomodo scientie & sapientie studebũt? nonne per continentiã uentris & gule? Quomodo quis seipsum castrat propter regnum celorum: nisi ciborum affluentiam resecet / nisi abstinẽtia utatur ministra? Hec ergo Christianis ieiunãdi ratio est, Sed est & alia adhuc religiosa ieiunatio: cuius laus etiam quorumdam apostolorum litteris predicatur, Inuenimus enim in quodam libello ab apostolis dictum. Beatus est qui ieiunat: pro eo ut alat pauperem, huius ieiunium ualde acceptum est apud dominum &

Math. 11.
Math. 6.
2. Cori. 3.
Psal. 140
Prouer. 3
Colos. 3.
Prouer. 9
1. Timo. 4
Math. 9.

Ioan,15. reuera digne satis, Imitatur enim illum: qui animam suam posuit pro fratrib⁹ su
Math, 9. is, Quid ergo ueteribus pannis noua indumenta misceamus? Quid in utres uete
2, Cori, 5 res mittimus nouum uinum? Vetera trāsierunt / ecce facta sunt omnia noua: p
Ihesum Christum dominū nostrum: cuius est imperiū in secula seculorum, Amen,

¶ Libri decimi Cyrilli in Leuiticum: finis,

¶ Eiusdem liber undecimus, De eo quod scriptum est, sancti estote / quoniam et ego sanctus sum: dicit dominus,

n Vper in aurib⁹ ecclesie recitat⁹ est sermo dñi dicens, Estote sancti: qa
Leui.20, et ego sanctus sū / domin⁹ de⁹ uester. Nomē hoc sanctus quid sibi ue
lit quid ue significet in scripturis diuinis: diligentius requirēdum est,
ut cum uim uerbi dei didicerimus: etiam opus eius possimus imple-
re. Congregem⁹ ergo de scripturis diuinis: super quibus sanctum dici inuenim⁹,
et deprehendemus non solum homines: sed etiam muta animalia sancta appella
ta, Inuenimus & uasa ministerii sancta uocitata: & uestimēta sancta dici & lota,
nihilominus que in urbibus posita sunt: & sacerdotibus deputata, Ex multis qui-
Exodi, 13. dem animalibus primogenita boum uel pecorum sanctificari per legem domino
iubentur: et dicitur, ne facias in eis inquit op⁹ ullum: quoniam domino sanctifica
Exo, 40, ta sunt, Super uasis uero / cum in tabernaculum testimonii deferuntur uasa mini
sterii: thuribula / uel phiale / uel cetera huiusmodi uasa / sancta appellātur. Super
Exo.39, uestimentis etiam / cum stola pontificis Aaron et tunica linea & cetera huiusmo-
di uestimenta: sancta dicuntur, Si ergo intueamur propter quid hec omnia san-
cta nominata sunt: aduertimus quomodo etiam nos dare operam oportet ut san
cti esse possimus, Natus est michi primogenitus bos: non mihi licet occupare eū
ad opus commune, est deo consecrat⁹: et ideo dicitur sanctus, Intelligimus ergo
ex hoc muto animali: quomō lex quod sanctum uult esse / nulli alteri deseruire iu
bet nisi domino soli. Iterum patere uel phiale quas dicit sanctas: ille sunt que nūq̄
iubentur exire de templo / sed esse semper in sanctis: nec ullis penit⁹ humanis usi
bus ministrare, Similiter & uestimēta que sancta nominantur: non iubentur in-
tra domum usui deseruire pontificis sed in templo esse / & inde omnino nunq̄ ef-
ferri. sed ad hoc tantum consecrata esse: ut eis deo ministrans pontifex induatur
et sint semper in templo, ad ceteros uero usus cōmunes: utatur cōmunibus indu-
mentis, Similiter & pateris ac phialis iis que sancte appellātur: ad humanos & cō-
munes usus uti non liceat / sed tantum ad diuina mysteria. Qz si intellexisti quo-
modo uel animal uel uestimentum sanctum appellatur: consequēter intellige q̄
his obseruationibus et legibus etiam homo sanctus appellatur, Si quis enim seip-
2, Timo, 2 sū deuouerit deo / si quis se nullis negociis secularibus implicarit: ut ei placeat cui
se probauit / si quis separatus est & segregatus a reliquis hominibus carnaliter ui
uentibus / et mūdanis negociis nequaq̄ obligatus / non inquirens ea que super ter
Colos, 3. ram sed q̄ in celis sūt: iste merito sanct⁹ appellatur, Donec enim permixt⁹ est tur
bis et in multitudine fluctuantium populorum uolutatur / nec uacat soli deo se-
gregatus a uulgo: non potest esse sanctus, Nam de iis quid dicemus qui cum gē-
tilium turbis ad spectacula maturant: et conspectus suos atq̄ auditus impudi-

cis et uerbis et actib9 fedāt? Non est nostrum pronūciare de talibus:ipsi enim sen
tire et uidere possunt/quam sibi delegerint partem, Tu ergo qui hec audis/cui
lex diuina recitat/que ipsi9 dei sermo cōuenit:dicēs,sancti estote; qa ego sanct9
dns de9 uester, sapiēter intellige q̄ dicūtur:ut sis beat9 cū recte feceris ea, hoc est Ioan,13,
eni quod dicitur tibi:separa te ab omni nō solū homine/sed et fratre inquiete am 2,thes,3,
bulante/et non secundum traditiones apostolicas,separamini etenim qui porta-
tis inquit uasa domini:& exite de medio eorum/dicit dominus, Separa te a terre- Esaie,52,
nis actibus:separa te a cōcupiscētia mūdi, Oē eni qđ in mūdo ē: scdm aplm/cōcu
piscentia carnis est & concupiscentia oculorum/que non est a deo. Cum ergo se-
paraueris te ab his omnibus deuote deo tanq̄ primogenitum uitulum:non opere 1.Ioan,3,
tur per te peccatum/nec iugum tibi imponat malicia, sed esto semot9 et segrega
tus:usibus tantum sacerdotalibus tanq̄ primogenitum animal mancipatus. Se-
gregare & secernere tanq̄ phiale sancte et sancta thuribula: solius templi usibus Psal,1,
et dei ministerio uacans. Separa te et remoue te ab omni pollutiōe peccati/et esto Psal,111,
remotus et segregatus intra templum dei:tanq̄ sancta indumenta pontificis. In
templo namq; dei est segregatus & separat9 ille:qui in lege dei meditatur die ac
nocte/& qui in mandatis eius cupit nimis. Sancti ergo estote dicit dominus: quia
et ego sanctus sum. Quid est:quia et ego sanctus sum? sicut & ego inquit segre-
gatus sum & longe separatus ab omnibus que adorātur siue coluntur siue in ter-
ra siue in celo/& sicut ego excedo omnem creaturam/atq; ab uniuersis que a me
facta sunt segregor: ita et uos segregati estote ab omnibus qui non sunt sancti/
nec deo dicati. Segregari autē dicimur:non locis sed actibus/nec regionibus sed
conuersationibus. Deniq; & ipse sermo in greca lingua/quod dicitur agios:qua-
si extra terram esse significat. Quicunq; enim se consecrauerit deo:merito extra
terram esse & extra mundum uidebitur, Potest enim dicere & ipse super terrā
ambulans:conuersationem in celis habemus, Salomon quoq; in prouerbiis dicit, Philip.3,
Laqueus fortis est uiro/cito aliquid de suis sanctificare:& posteaq̄ uouerit/peni- pro,20,
tere, et hoc est utiq; quod dicit, Ne quis forte cum fructus ex areis aut uinum ex
torcularibus colligit/et dixerit:uolo tantum offerre ecclesie/uel in usum paupe-
rum aut peregrinorū tātum prebere:si postea ex eo quod uouet aliquid ad usus
proprios presumat/iam non de suis fructibus presumit: sed sancta dei uiolat, Et
ideo laqueus fortis est uiro/sanctificare aliquid hoc est uouere deo: & postmodū
penitentia ductum ad usus proprios ea que consecrauerat reuocare. Sed et si nos
ipsos cōsecramus aut offerimus deo/aut etiam si aliud uouemus:obseruem9 hūc
laqueum. ne forte posteaq̄ nos deo uouim9:iterum humanis usibus uel actib9 sub
iugemur, Vouit autem se unusquisq;: uerbi gratia sicut Nazarei faciebant/tri-
bus aut quatuor aut quot placuisset annis templo se consecrantes dei:ut ibi semp
uacarent/obseruantes illa que de Nazareis scripta sunt: ut comam capitis nutri-
rent/nec ascenderet ferrum super caput eorum toto uoti sui tempore/ut uinum Nume,6
non contingerent neq; aliquid ex uite/& cetera quecunq; complexa fuisset uo-
ti professio, Sed et alium cōsidera qui se ita uouet deo:sicut Anna fecit Samuelē,
Ante enim q̄ nasceretur/obtulit eum deo:dicens, et dabo eum domino datū om 1,Regū,1

nibus diebus uite sue, Ex quibus omnibus clarum est quomodo unusquisq; nostrum qui uult esse sanct⁹:cõsecrare se debeat deo/ ut nullis studeat negociis uel actibus qui ad dominum minime pertinent occupari, ¶ Post hec scriptũ est, Ser
Leui,20, uate inquit precepta mea & facite ea:ego dominus. Et his addidit. homo si maledixerit patrem aut matrem suam:moriatur, Et post multa que precepit/ quibus etiam penas preuaricationis ascripsit: addidit in clausula. & seruate omnia pre
Exodi,20 cepta mea/& iustificationes meas/& iudicia mea. Vnde consequens uidetur req rere:quid in his singulis indicetur, Et quidem secũdum q; obseruari oportuit: p̃ceptum est prius mandatum, Verbi gratia:in decalogo dicitur. Non occides/ nõ adulterabis. hoc enim solum precipitur:& non ascribitur pena cõmissi, Nunc au
Leui,20, tem iterantur quidem eadem:sed additis penis. Dicitur enim. homo quicũq; adulterauerit uxorem uiri & uxorem proximi sui: morte moriatur is qui adulterat et que adulteratur, & is qui dormierit cum uxore patris sui/turpitudineq; patris sui detexerit:morte moriatur/ambo rei sunt. De his autem/in prioribus iam data fuerant precepta. sed non obseruãtem que maneret pena: nõ fuerat ascriptũ, Nunc ergo eadem repetuntur:& uniuscuiusq; pena peccati decernitur, Et ideo recte hec:iustificationes & iudicia appellantur / quibus quod iustum est recipere iudicatur ille qui peccat, Sed in uero ordine diuine sapientie: non cõtinuo penas cum primis statuit preceptis, uult enim ut non metu pene sed amore pietatis: patris precepta custodias. Sed si cõtempseris:non tam homini ĩam q̃ cõtemptori pe
Psal.81, na mãdatur. Primo ergo benignitate prouocaris:ut fili⁹, Ego enim dixi dii estis: et filii excelsi omnes, Q̃ꝫ si ut filius/esse obediens non uis:cõtemptor plecteris ut
» seruus. ¶ Post dicit, Et si quis dormierit cũ nuru sua:morte moriatur, ambo im
» pietatẽ fecerũt:et rei sunt. Et has leges uel hec precepta:absq; penis superius de
Leui,18, derat, Dixerat enim, turpitudinem nurus tue non reuelabis. & omnia que subsequuntur. et hunc locum simili modo ibi absq; suppliciis:hic uero cum diuersis suppliciorum generibus ascripsit, quo in loco recordor sermonis illius:quem beatus
Hebre,10 apostolus ad Hebreos scribens dicit, Irritam quis faciens legem Mosi:sine ulla miseratione duobus aut tribus testibus moritur, Quãto maioribus suppliciis dign⁹ putabitur:qui filium dei cõculcauerit/ et sãguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est/ et spiritui gratie cõtumeliam fecerit, Sed qua causa mẽtionem fecerim scripture huius:ausculta, Secundum legem:adulter cum adultera moriebatur, Nec poterant dicere:penitentiam petimus/& ueniã deprecamur Non erat lachrymis locus, nec enim dationi uenie ulla cõcedebatur facultas, sed omnimodis eum puniri necesse erat:qui incurrisset in legem, Hoc autem seruabatur:& singulis quibusq; criminibus erat pena mortis ascripta, Apud Christianos uero si adulterium fuerit admissum: nõ est preceptum ut adulter uel adultera corporali interitu puniatur/nec potestas data est episcopo ecclesie: adulterũ presenti morte damnare/sicut tunc secundum legem fiebat a presbyteris populi. Quid igitur dicemus q; lex Mosi crudelis est: que iubet puniri adulterum cum adultera. & euangelium Christi per indulgentiam resoluit auditores in deteri⁹? Non ita est, Propterea enim sermonem Pauli protulim⁹ in superioribus: dicetis,

Quanto magis deterioribus suppliciis dignus est: qui filium dei conculcauerit? et cetera, Audi ergo quomodo neq; tunc crudelis fuerit lex: neq; nunc dissolutum uideatur euangelium propter uenie largitatem / sed in utroq; dei benignitas diuersa dispensatione teneatur, Hoc quod secundum legem (uerbi causa) adulter uel adultera presenti morte puniebātur / propter hoc ipsum q; peccati sui uterq; pertulit penā & cōmissi sceleris exsoluit digna supplicia: quid erit post hec quod animabus eorum ultionis immineat / si nichil aliud deliquerunt / si aliud peccatum non est quod condemnet eos: sed hoc solum / & legis pro hoc supplicium pertulerunt? Non uindicabit dominus bis in idipsum: receperunt enim peccatum suum / & consumpta est criminis pena, Et ideo inuenitur hoc genus precepti nō crudele / sicut heretici afferunt accusantes legem dei / & negantes in ea humanitatis aliquid contineri: sed plenum misericordia / idcirco q; per hoc purgaretur ex peccatis populus / magis q̄ condēnaretur, Nunc uero non infertur pena corpori / nec purgatio peccati per corporale supplicium constat: sed per penitentiam, quam si quis digne gerat ita ut mereatur penam tolli: ueniam possit inuenire, Multi sunt enim qui nec ad hoc inclinantur / nec penitētie refugium querunt: sed cum ceciderint / surgere ultra nolunt, Delectantur enim in eo luto quo ceperūt uolutari, Nos tamen obliuiscimur precepti illius: quo dicitur. Qua mensura mensi fueritis: eadem remetietur uobis, Dicimus enim et ad dominum, quoniam dedisti nobis panem lachrymarum: et potasti nos in lachrymis in mensura, Sunt enim ista peccata: que dicuntur ad mortem. Vnde et consequens est ut quoties cōmiserit quis tale peccatum: toties moriatur, Multas enim esse peccati mortes: significat etiam apostolus Paulus / cum dicit. Qui de tantis mortibus eripuit nos: in quo speramus quia & adhuc eripiet, Quas ergo hic mortes plures commemorat nisi peccatorum? Si enim hec non diceret de mortibus peccatorum: uidebatur Paulus secundū sententiam suam immortalis esse mansur⁹ / & eripiendus ab hac cōmuni morte / qui dicit quia de tātis mortib⁹ eripuit nos: in quo speram⁹ quia adhuc eripiet. Si enim eripuit & eripiet: nunq̄ erit quando morietur / quem dominus semper eripiet, Et ideo secundum ea que discussimus uidendum est: ne forte aliquando etiam grauius sit nobis / qui pro peccato communi hac morte minime punimur: q̄ illis quos legis sententia corporaliter condemnabat, quoniam nobis ultio reseruatur in futurum: illos absoluebant commissi sui persoluta supplicia. Q; et si aliquis est qui forte preuentus est in huiusmodi peccatis: admonitus nunc uerbo dei ad auxiliū confugiat penitentie, ut si semel admiserit: secundo non faciat, Aut si secundo iā et tertio preuētus est: ultra iam non addat, Est enim apud iudicem iustū pene moderatio: nō solum pro qualitate / uerum etiam pro quantitate, Inter cetera ergo peccata que morte puniūtur refert diuina lex: q; & qui maledixerit patri aut matri / morte moriatur. Nomen patris: grande mysterium est / & nomen matris arcana reuerentia est. Pater tibi deus secundum spiritum dicitur, Mater: Hierusalē celestis est. propheticis hec & apostolicis disce testimoniis, Hoc ipse Moses scripsit in cantico, Nonne hic ipse pater tuus est: qui acquisiuit te / & possedit te? Apostolus uero dicit de Hierusalem celesti: quia libera est / que est mater nostra, Primo

Luce. 6.
Psal, 79,
1, Ioan, 1,
2, Cori, 1,
Deute. 32
Gala. 4.

Esaie,1. ergo tibi pater deus est:qui genuit spiritum tuum.qui & dicit,filios genui & exal
Hebre,12 taui,Sed & Paulus apostolus dicit, Obtemperemus patri spirituum:& uiuemus,
Secũdo tibi pater est carnis pater:cuius ministerio in carne natus es/a quo in hũc
Hebre,7 mundum uenisti/qui te portauit in lumbis,sicut dicitur de Leui,Quia in lumbis erat adhuc Abrahe:quando occurrit ei Melchisedech regresso a cede regum/ et benedixit eum/& decimas accepit ab eo, Quia igitur tam sacratum nomen est patris et tam uenerabile:idcirco qui maledixerit patri aut matri/ morte moriaẽ, Similia etiam de matre estimanda sunt:cuius labore/cuius cura/cuius ministerio et natus es & nutritus,& oportet te secundum apostolum partem gratie referre parentibus,Si enim dehonoraueris patrem carnalem:huiusmodi contumelia ad patrem spiritalẽ refertur, Et si iniuriam feceris matri carnali:ad illam matrẽ Hierusalem celestem redundat iniuria,Sic et si seruus domino irreuerens sit:per hũc corporalem dominũ in dominum maiestatis contumelia iactatur/ ille enim huic carnali domino suum nomen imposuit, Et ideo nullo genere aduersum patrem ne uerbo quidem habendum certamen est:aut mouẽda contradictio. Pater est/ mater est:ut ipsis uideẽ agãt/faciãt/dicant & imperent.quantũcũq; detulerim⁹ obsequii:nondũ reddim⁹ uicem gratie qua geniti sum⁹/qua portati/ qua hausimus lucẽ/qua nutriti sumus/fortassis etiã eruditi & honestis artibus instituti/ & ipsis fortasse authoribus agnouimus dominum/ & ad ecclesiã dei uenimus & sermonem diuine legis audiuimus.Propter hec ergo omnia:quicũq; maledixerit patri aut matri/morte moriatur.Q̃ȝ si hec de corporalibus decernũtur:quid illi facient/qui deum patrem maledicis uocibus lacessunt/ qui eum negant conditorem esse mundi? aut qui celestem Hierusalem (que est mater omnium nostrũ) indignis sensibus intelligentes:dicta prophetica ad conditionem terrene alicui⁹ urbis adducunt? Bonum ergo est obseruare:ne quãdo aut carnalem patrem aut celestem minus digna honorificentia ueneremur,similiter obseruare & matrem et etiam omne mandatum:quod nobis pudicitiã castitatemq; cõmendat, ut neq; in presenti uita obnoxii simus morti secundum spiritalem legem:neq; futura nos pena maneat ignis eterni,ex quo effugere & euadere omnibus nobis concedat domin⁹ noster Ihesus Christ⁹:cui est gloria et imperiũ in secula seculorũ.Amen.

¶ Vndecimi libri Cyrilli in Leuiticum:finis,

¶ Eiusdem liber duodecimus: de magno sacerdote,

Psal,109, O Mnis qui inter homines sacerdos est:ad illum sacerdotem de quo dixit dominus, tu es sacerdos ineternum secundum ordinem melchisedech:paruus est et exiguus,Ille est autem magnus sacerdos qui potuit penetrare celos & uniuersam supergredi creaturam: et ascendere ad eum qui lucem habitat inaccessibilem/dominũ et patrẽ uniuersitatis, Propter quod et ille,qui apud Iudeos magnus dicebatur sacerdos: introibat quidem in sancta/sed manufacta/sed lapidibus extructa,Non ascendebat in celum: nec astare poterat apud patrem luminum,Sed quia horum umbrã implebat et imaginem:idcirco etiam magni sacerdotis nomen per umbram gerebat et imaginẽ, Vnde et Iudei per hoc q̃ ad fidem proximi esse debuissent/ quia apud ipsos adũ

bratio quedam & imago preluxerat ueritatis: dum typos ueritatem putant / ueri
tatem ipsam tanq̃ mendacium respuerunt, Nos autem qui recepimus magnum
sacerdotem: intelligere debemus quomodo uere ipse sit magnus sacerdos, Vere
magnus sacerdos: qui peccata dimittit, nõ per sanguinem taurorum & hircorũ:
sed per sanguinem suum. Quia ergo cognouim⁹ quis sit magnus sacerdos / & cõ
fitemur ea que in lege scripta sunt: de magno sacerdote scripta esse / id est de sal-
uatore, quem uere magnum sacerdotem esse: superior tractatus ostendit / uidea
mus nunc que sint que de eo lex prophetico spiritu scripsit, ¶ Et sacerdos inquit Leui, 21,
magnus ex fratribus suis / cui infusum est super caput eius oleum chrismatis / &
perfectas habet manus suas ut induat sancta: de capite cydarim non deponet /
uestimenta sua non disrumpet / & ad omnem animam mortuam non intrabit: in
patre suo uel in matre sua non contaminabitur / & de sanctis non exibit, & nõ co
inquinabit nomẽ quod est sanctificatum dei sui super se: quia sanctum oleũ chris
matis dei sui in ipso est, Ego dominus, Hic uxorem uirginem accipiet de genere
suo, Viduam autem & eiectam / & pollutam & meretricem: has non accipiet / sed
uirginem ex genere suo accipiet uxorem: ut non maculet semen suum in populo
suo, Ego dominus qui sanctifico eum. ¶ Fuerit quidem apud Iudeos imago hui⁹
obseruantie: et custodita sint que lex Iudeorum statuit apud Iudeos, Sed si dilig̃e
ter cuncta seruata sint / & si omnia que lex precepit impleta sint: nec sic quidem
omnis hec obseruatio magnũ potuit facere sacerdotem, Quomodo etenim ma-
gnus dici potest sacerdos: qui peccare potest? Q̃ autem sub peccato fuerint om Leui, 16,
nes etiã magni sacerdotes / & ex hoc ipso facile aduertim⁹: q̃ lex precepit ut pri- Hebre, 5,
us pro suis / postea etiam pro populi peccatis offerat hostiam sacerdos, Quomo-
do ergo magnus est: sub peccato positus? Meus autem sacerdos magnus Ihesus /
idcirco magnus est: quia peccatum non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. & Esaie, 53,
quia uenit ad eũ princeps huius mundi: & non inuenit in eo quicq̃, Ideo ergo Ga- Ioan, 14,
briel archangelus natiuitatem eius annunciat: dicens, Hic erit magn⁹: & filius al- Luce, 1,
tissimi uocabitur. peccatum enim: hominem paruum facit & exiguum. uirt⁹: emi
nentem prestat & magnum, Sicut enim egritudo corporis: exile & exiguum fa-
cit corpus hominis. sanitas uero: letum reddit & ualidum. ita intellige / quia & ani
mam quidem egritudo peccati: humilem facit & paruam, sanitas uero interioris
hominis & uirtutis opera: magnam faciunt eam & eminentem, & quãto magis in
uirtutib⁹ crescit: tanto proceriorem reddet magnitudinem sui, Sic ergo intelligo
illud quod de Ihesu scriptum est: quia proficiebat sapiẽtia / & etate & gratia apud Luce, 2,
deum & homines, Nam quis est hominum qui non proficiat etate in pueritia: ut
hoc uelut egregiũ quiddam de Ihesu scriberet? Ad te hec dico qui corporaliter
audis: q̃ Ihes⁹ etate proficeret, Intellige ergo quia etate anime proficiebat: & ma
gna fiebat anima eius propter magna & ingentia opera que faciebat, Deniq̃ sci
ens et apostolus hanc etatem de interiori homine sentiendam: ita scripsit, Donec Ephe, 4,
omnes occurram⁹ in uirum perfectum: in mensuram etatis plenitudinis Christi,
Nam secundum corpus crescere et magnum fieri: non est in nobis. Corpus enim
ex genitali origine quãtitatis materiam sumit: ut uel magnum uel exiguum fiat.

Anima uero in nobis habet causas et arbitrii libertatem: ut uel magna uel parua sit. Si ergo parua sit & pusilla anima: scandalisari potest. Sic enim scriptum est in
Math.18. euangelio. quia expedit precipitari in profundum maris: q̄ scandalisare unum de pusillis istis. Qui magn⁹ est / non scādalisatur: sed qui pusillus est. Qui magn⁹ est / quodcūq; uiderit quodcūq; passus fuerit: non declinat a fide. Qui autem pusillus est animo & paruus: occasiones querit quomodo scandalisetur / quomodo in fide uideat offendi. Propterea deniq; oportet nos maxime iis cōsulere qui parui sūt in fide: et nō tātam curam circa magnos & fortes quātam erga paruulos & insipientes debem⁹ impendere. fortis enim omnia tolerat: omnia suffert / & nūq̄ cadit. Paruuli uero et infirmi in fide: obseruandum est ne occasione nostri offendantur / & recedant a fide / ac decidant a salute. Aut ostende michi de scripturis ubi aliquis peccator aut parui meriti / magnus appellatus sit. Nusq̄ opinor inueni
4. Regū. es. Audi uero qui sunt qui magni appellantur. De Ezechia dicitur: quia proficie
.18. bat ualde: quousq; factus est magnus ualde. Moses dictus est magnus: & Ioannes
Exodi.11. baptista magnus dictus est. Nunc autem Ihesus / magnus dicitur. & post hunc iā
Luce.1. nullus appellatus est magnus. Priusq̄ enim adesset qui uere magnus est: ad comparationem reliquorum hominum magni appellati sunt sancti / quorum superi⁹ fecimus mentionē. Vbi uero aduenit ipse / qui non ex comparatione ceterorū sed
Psal.18. sui magnitudine uere magnus erat: de quo etiam scriptū est, quia exultauit ut gigas ad currēdam uiam, ultra iam magnus nullus est appellatus. ¶ Hic est ergo de quo scribitur, magnus sacerdos ex fratribus suis, quibus fratribus? de quibus
Ioan.20. dixit: cum resurrexisset a mortuis. Vade ad fratres meos et dic eis. Ascēdo ad patrem meum & ad patrem uestrum: & deum meum & deū uestrū. Si autem uis & ex antiquis litteris discere fratres Ihesu: lege uigesimū primū psalmū, ubi ex per
Psal.21. sona Christi dicitur. Narrabo nomen tuū fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Ex fratribus ergo suis magnus est Ihesus: ex iis qui prius magni fuerant appellati. Et sicut pastorum pastor est / & pontificum pontifex / & dominantium dominus / et regum rex: ita & magnorum est magnus. & ideo addit, magnus sacerdos ex fratribus suis. Post hec uero, cui inquit infusum est oleum chrismatis sup caput eius. Istud oleū noli querere in terris: quod super caput infunditur magno sacerdoti qui est Christus. sed si uidetur: disce a propheta Dauid / istud oleū qua
Psal.44. le sit. Dilexisti inquit iusticiam & odisti iniquitatem: propterea unxit te deus de⁹ tuus oleo letitie pre cōsortib⁹ tuis. Istud est ergo oleū letitie: quod capiti eius infusum / fecit eum Christū. Sed addit adhuc ad laudes eius. qui cōsumatas inquit manus habet. Cuinā queso hominum hoc cōuenit dici: in quo mortaliū perfectas inuenire possumus manus? etiam si Aaron iste sit: cuius mentio fieri uidetur. Quo
Exodi.32 mō consumatas putabitur habuisse manus: quibus uitulū fabricauit / quibus idolum conflauit? Etiam ipsum Mosem proferas: quomodo consumatas habuisse ui
Nu.20. detur manus / qui non glorificauit dominū ad aquam contradictiōis / pro quo de
Eccēs.7. licto etiam iubetur uita excedere. q̄ si & alium quēlibet sanctorū memorare ue lis: occurrit tibi sermo qui dicit, quia non est homo super terram: qui faciat bonū et non peccet. Merito ergo solus Ihesus consumatas habet manus: qui solus pec

catum nō fecit/hoc est qui perfecta & integra opera manuum habet,& ideo de ipso recte dicitur,qui consumatas habet man⁹:ut induatur sancta, Hic enim est qui uere indut⁹ est sancta, non illa que in typo erāt:sed ipsa q̄ uere sācta sūt. Q̄ si uis audire de excelsiorib⁹ indumētis ei⁹:accipe uerba ꝓphetica, Amict⁹ inquit lumine sicut uestimento,abyssus sicut uestimentum amict⁹ eius, Hic est mei magni pontificis habitus:quo indicatur profunda scientie & sapientie luce uestitus/ que uere sancta sunt indumēta, Non inquit auferet de capite suo cydarim,Iam et prius diximus cydarim genus esse cooperimenti:quod capiti superpositū/ pōtifici prestat ornatū,Hic ergo magnus pontifex meus:nunq̄ deponit sacri capitis ornatum, Quid sit autem caput Christi:ab apostolo disce qui dicit, Caput autē Christi:de⁹, Merito igitur capitis sui qui de⁹ est nūq̄ deponit ornatum: quia semper est pater in filio/sicut filius semper in patre. ¶ Et uestimēta sua nō disrūpet. Vere hic est qui uestimenta sua non disrupit:sed semper ea munda/semper integra/semper casta seruauit,Et ad omnem animam defunctam nō intrabit, Que est anima defuncta:que est anima mortua? propheta dicit, Anima que peccauerit:ipsa morietur,Super hāc ergo animā mortuā Christus nō superuenit:quia sapientia est/& sapientia nō intrat ad animā maliuolam,Ipsa est enim mortua,qa cui inest malitia: inest peccatum, Peccatū autem cum consumatum(inquit)fuerit:generat mortem,& propter hoc Ihesus non intrat ad animam mortuā, Si autem uiuat anima/hoc est si non habeat in se mortale peccatum: tunc Christ⁹ qui est uita/ad animam intrat uiuentem,quia sicut lux nō potest esse cum tenebris/ nec cum iniquitate iustitia:ita nec uita potest esse cū morte,Et ideo si quis sibi cōscius est q̄ habeat intra se mortale peccatū/neq̧ id a se per penitentiam plenissime satisfactionis abiecit:non speret q̄ intret Christus ad animā eius/quia ad omnem animā defunctā non intrat. ¶ Deinde subiungit littera, Quia magnus sacerdos est:in patre suo & matre sua non contaminabit, Hic scripture locus: difficillimus est ad explanādum, Sed si orationibus uestris deum patrem uerbi deprecemini ut nos illuminare dignet: ipso donante poterit explanari. Omnis qui ingreditur hunc mundum: in quadam cōtaminatione effici dicitur,propter quod et scriptura dicit,Nemo mūdus a sorde:nec si unius diei fuerit uita eius,Hoc ipsū ergo q̄ in uulua matris est positus/& q̄ materiā corporis ab origine paterni seminis sumit: in patre & matre cōtaminat⁹ dici potest,An nescis quia cū quadraginta dierum factus fuerit puer masculus/offertur ad altare ut ibi purificetur: tanq̄ qui pollutus fuerit ipsa cōceptiōe uel paterni seminis uel uteri materni? Omnis ergo homo:in patre et in matre pollutus est, Solus uero Ihesus Christus dn̄s meus in hanc generationem mundi ingressus:in matre non est pollutus, Ingressus est enim corpus incōtaminatū,ipse enim erat:qui & dudum per Salomonē dixerat, Magis aūt cum essem bon⁹:ueni ad corpus incoinquinatū. Nō est ergo cōtaminatus in matre,Sed neq̧ in patre quidē. Nihil eni Ioseph in generatiōe ei⁹ p̄ter ministeriū p̄stitit & affectū,unde & ꝓ fideli ministerio:p̄ris ei uocabulū scriptura cōcessit. Sic eni m̄r ei⁹ Maria dicit in euāgelio, Ecce ego & p̄r tu⁹:dolētes q̄rebam⁹ te. Sic ergo sol⁹ ē hic sacerdos magn⁹:q̄ neq̧ in p̄re pollut⁹ sit neq̧ in m̄re, Videa

Psal,103. 1,Cori,11. Ioan,14. Eze,18. Sapi,1. Iaco,1. Iob,25. Leui,12. Sapi,8. Luce,2.

mus aũt;ſi aliqd adhuc poſſum⁹ ſublimius/et ꝑ dignitate tãti põtificis inuenire.
Gala,4., Pater oim uerus: dicit̃ deus. Mater aũt apoſtol⁹ Hieruſalẽ dicit eſſe celeſtẽ. Oẽs ergo qui peccant;cõtaminant̃ in patre a quo creati ſũt, Siue eni egim⁹ aliquid im piũ/ſiue locuti ſum⁹ ſiue cogitauim⁹ contra dominũ/cũ non credidimus deo:cõ taminati ſumus in patre, Sed utinam tunc ſolum per incredulitatẽ factũ ſit;ceſſa tum uero ſit poſtq̃ credidimus. Sic ergo etiam in matre cõtaminamur:ſi credẽtes deo uel eccleſiam ledimus/uel libertatẽ matris celeſtis indigna peccati ſeruitute fedamus. Solus uero dominus noſter Iheſus Chriſtus/qui peccatum neſcit: neq; in patre neq; in matre contaminat⁹ eſt/et de ſanctis non exiit, Fuerant quidem nõnulla in ſuperiorib⁹ ꝓponenda Iudeis:ad que reſpõdere nõ poſſent, Sed omiſ ſis illis/de hoc interim ſermone quid nobis dicunt uel ipſi: uel qui ſecundũ ipſoꝝ ſenſum intelligi legẽ uolũt: Si hec ad põtificẽ noſtrũ & ſaluatorẽ non referãtur: quomõ ſecundum litterã probabit̃ q̃ de ſanctis non exiit magnus ſacerdos/ qui utiq; uxorem recipiebat (ſicut inferi⁹ dicitur) uirginẽ de genere ſuo: Si de ſãctis non exit/ſi nuſq̃ ꝓcedit:quomõ & ad quos uſus accipere uidetur uxorem: Neq;
Hebre.7 enim putandũ eſt:q̃ cum uxore intra ſancta manere potuerit, Sed hec putent il li quibus placent Iudaice fabule, Nos autem habemus ſacerdotẽ magnũ ſecun dum ordinẽ Melchiſedech Iheſum Chriſtũ/nũq̃ de ſanctis exeuntẽ, Semper eñ in ſanctis eſt:& manet ſemper ſanctus in uerbis ſuis/ſanctus in actibus ſuis/ſan ctus in omnib⁹ uolũtatib⁹ ſuis:& ſolus eſt qui nũq̃ inueniat̃ extra ſãcta, Qui eñ peccat: exit de ſanctis, et quoties quiſq; peccat:toties efficit̃ extra ſancta, Chri ſtus autẽ qui nũq̃ peccauit:nũq̃ exiit de ſanctis, Sed & tu qui ſeq̃ris Chriſtũ & imi tator es eius:ſi permaneas in uerbo dei/ſi in lege eius mediteris die ac nocte/ſi in mandatis eius exercearis:ſemper in ſanctis es/ nec unq̃ inde diſcedes. Neq; enim in locis ſancta querenda ſunt: ſed in actibus/uita/ & moribus, que ſi ſecundum dominũ ſint & ſecundum preceptum dei habeant̃/etiam ſi in domo dei non ſis/ etiam ſi in foro ſis: & quid dico in foro: etiã ſi in theatro inueniaris/uerbo dei de
Actu,19, ſeruiẽs:in ſanctis te eſſe nõ dubites. An nõ tibi uidet̃ Paulus cũ ingreſſ⁹ eſt thea
Actũ,17. trũ & igreſſ⁹ eſt Areopagũ & ꝑdicauit Atheniẽſib⁹ Chriſtũ: in ſãctis fuiſſe: Sed et cũ perãbularet aras & idola athenienſiũ/ ubi iuenit ſcriptũ ignoto deo/ et ex hoc uerbo ſũpſit Chriſti predicationis exordium; etiã ibi aras gentilium luſtrãs/ in ſanctis poſitus erat/quia ſancta cogitabat, Sed & quicũq; cuſtodit ſe poſt ac ceptam gratiam dei:ne incidat in homicidiũ/in adulteriũ/in furtum/ uel falſũ te ſtimonium/et alia his ſimilia/ſed permanet mundus ab omni cõtagione peccati: non exibit iſte de ſanctis/et non contaminabit ſanctificationem dei ſui in ſemet
Exõ.30., ipſo/quia ſanctum oleum chriſmatis dei ſuper ipſum eſt, ❡ Illud autem oleum de quo in exodo ſcriptũ eſt:quomõ poteſt ſecũdũ litteram proprie oleũ dei dici/ quod ex myrrha et caſia cõfectum eſt a pigmẽtario: Sed ſi uis uidere oleum dei: audi quem propheta dicat unctum eſſe oleo dei. illum ſine dubio:de quo dicit,
Pſal,44. Propterea unxit te de⁹ de⁹ tu⁹ oleo letitie:pre ꝑticipib⁹ tuis, Hic ergo eſt magn⁹ ſacerdos/qui ſol⁹ oleo domini unctus eſt:et in quo ſemp ſanctũ permãſit diuini chriſmatis oleũ. ❡ Sed q̃d addit̃ poſt hec: Vxorẽ uirginẽ de genere ſuo accipiet.

» Viduam autem et eiectam & meretricem non accipiet:sed uirginē de genere suō
» accipiet/et non contaminabit semen suū in populo suo, Ego dominus qui sancti
fico eum. ¶ Quia ergo totius expositionis ordo ad sacerdotem magnū reuocat⁹
est Christum:uideamus nunc quid & de nuptiis eius intelligi debeat. Paulus apo
stolus dicit. Volo autē uos omnes unius uiri uirginem castam exhibere Christo, 2.Cori.11
Timeo autem ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua:corrūpantur sensus ue
stri a simplicitate que in Christo est, Vult ergo Paulus omnes Corinthios uirginē
castā exhibere Christo, quod utiq; nunq̄ uellet:nisi id possibile uideret. Vnde &
mirum fortasse uideatur/quomō ii qui diuersis peccatis corrupti ad fidem Chri
sti uenerunt:omnes simul/uirgo casta dicatur/uirgo inquam tam sancta tam ca
sta: ut mereatur etiam Christi nuptiis copulari, Verum qm̄ hec ad carnis inte
gritatem referre non possumus: certum est q̄ ad integritatem anime spectent.
cuius secundum ipsius Pauli sententiam simplicitas fidei que in Christo est:uirgi
nitas eius appellata est, & per hoc quoniam cessantib⁹ uel philosophorum scisma
tibus uel superstitionib⁹ Iudaicis/in fide simplici Christus sibi assumpsit ecclesiā:
uirginem de genere suo accipit uxorem, Huius namq; fidem non corrūpit phi
losophici sensus nec circuncisionis ambitio:sed in simplicitate confessionis tanq̄
in uirginali integritate permansit. Sic enim dudum promiserat per prophetā di
cens, Desponsabo te michi in fide, Omnis ergo secundum apostolum qui in Chri Osee,2.
sto est:noua creatura est, et sicut idem apostol⁹ dicit, ut exhibeat ipse sibi glorio 2.Cori,5.
sam ecclesiam:non habentem maculam/aut rugam/aut aliquid huiusmodi/sed Ephe,5.
ut sit sācta & immaculata. Quomō ergo eam que rugosa est facit esse sine ruga:
nisi quia renouat eam? secundū quod scriptū est. Nam et si is qui de foris est/ ho 2.Cori.4
mo noster corrumpitur:sed qui intus est/ renouatᷣ de die in diem. ¶ Viduā sane
et meretricem & eiectā non accipiet Christ⁹:nec intrat talis anima thalamū spō
si, Qui enim ingressus fuerit illuc nō habēs indumēta nuptialia:timeat perferre il
lud quod scriptum esse nostis in euangelio, Virginem ergo accipiet & uiduā non Math,22.
accipiet:neq; meretricem/neq; eiectam/aut contaminatam, Meretricem quidē
et abiectā animā & pollutā cur non suscipiet Christus in coniugiū:nō est laboris
exponere, Vidua uero cur nō recipiatᷣ:diligentius intuendū est, Paulus apostol⁹
ad Romanos scribens:uirum anime/legem dicit, quam cū mortuus fuerit uir; so Roma.7
lutā esse pronūciat a lege/ut iam nō sit adultera si nupserit Christo. Q̄ȝ si eueni
at ut lex quidē anime ipsa moriatur/id est ut anima discedat a lege/ nec tamē cō
stringat se castiorib⁹ cōnubii disciplinis: & a lege discedens/ euāgelici dogmatis
non suscipiat iugum:hec nubere Christo nō potuit, que libertatis lasciuiā quesie
rit:non fidei uirginalis et simplicis cultū, Hic ergo sacerdos magn⁹:uxorē uirgi
nē accipere de genere suo potest. et ꝑpter hoc dictū uideri de genere suo:q̄ aīa
Christi ex genere et ex substātia fuerit humanarū oīm aīarū. Potest & secundū
hoc q̄ fratres uocat credētes in se/de genere suo dici aīa: q̄ ei in fide tanq̄ nuptiis
sociatᷣ. Illud tamē nolo uos lateat: q̄ hebrei negāt se scriptū habere/qđ nos apud
septuaginta interpretes inuenimus/de genere suo, et recte illi nō habēt scriptū,
Ablata enim est ab illis propinquitas dei:ablata est enim eis adoptio filiorum/&

trāslata est ad ecclesiam Christi, Illi ergo non habent scriptum q̄ de genere Christi sint: sicut nec esse meruerunt. Nos autem qui hoc scriptum habem⁹ & legim⁹: gaudeamus quidem de dignatione dei / sed caute & solicite curemus nos et uitā nostrā & actus nostros: ne nos faciāt aliquādo degeneres. Ne & hoc ipsū nobis ad condemnationem dicatur: q̄ cum genus simus Christi / indignis & fedis & diabo

Ioan.3, licis actibus seruiamus, Qui ergo habet sponsā: sponsus est, Audis quomō spōs⁹ dicitur Christus: sponsa uero eius / anima dicitur que fidei simplicitate & actuū puritate: incorrupta probatur et uirgo, Dicit enim domin⁹ per Hieremiam pro-

Hiere.3. phetam, Nonne sicut dominum me uocas / & patrem: & principem uirginitatis tue? ¶ Viduam autem et eiectam & contaminatam non accipiet, Si quis nostrū peccauerit: abiectus est / etiam si non abiiciatur ab episcopo: siue q̄ lateat / siue q̄ interdū ad gratiam iudicetur, eiect⁹ est tamē ipsa cōsciētia peccati, Nec prodest hominis gratia: cum Christus huiusmodi animam tanq̄ abiectam nō recipiat in coniugium, Igitur neq̄ uiduam (sicut supra dixim⁹) accipiet: neq̄ eiectam / neq̄ pollutam. Polluta dicitur / que etiam si nō ex integro compleuit peccatum: tamē ob hoc ipsum q̄ cogitauit / q̄ uoluit / q̄ optauit / etiam si non admisit: polluta est / et a magno pōtifice non eligitur, Valde enim puram / ualde mundam / et synce-

1, Cori.6, ram requirit animam: quam sibi iungit, quia qui se iunxerit domino: unus spirit⁹ est. Vnde etiam hoc ostenditur q̄ sit differentia peccatorū / & qui peccauerit peccatum ad mortem: abiectus sit, qui autem non peccat ad mortem sed inferius aliquid: pollutus sit. Sponsa autem Christi / neq̄ abiecta neq̄ polluta esse potest: sed uirgo incontaminata / incorrupta / munda. Memēto enim sermonis apostoli quē paulo ante proposuimus: dicētis, ut exhibeat ipse sibi gloriosam ecclesiam: nō ha

Ephe.5, bentem maculam aut rugam / aut aliquid huiusmodi / sed ut sit sācta et immacu- lata, ¶ Sed & meretricem non accipiet, Que est anima meretrix / que ad se reci-

Hiere.3, piat amatores: de quibus dicit propheta, meretricata es post amatores tuos? Qui sunt isti amatores qui intrant ad animam meretricem: nisi cōtrarie potestates et demones / qui desiderium capiunt pulchritudinis eius? Pulchra namq̄ a deo creata est anima: et satis decora, Audi quomodo ipse dominus dicit, Faciamus homi

Gene.3. nem ad imaginem et similitudinem nostram, Vide cuius decoris / cuius pulchritudinis est anima, imaginem habet et similitudinem dei, Hanc pulchritudinem contrarie potestates cum aspiciunt / id est diaboli & angeli eius: concupiscunt speciem, & quia non possunt sponsi eius fieri: meretricari cupiunt cum ea, Si ergo susceperis o homo in cubili anime tue adulterum diabolum: meretricata est anima tua cum diabolo, si receperis angelos eius / si spiritus diuersos qui peccare te suadeant: meretricata est cum eis anima tua, Si spirit⁹ ire / si inuidie / si superbie / si impudicitie ingressus fuerit ad animam tuam et receperis eum / consenseris ei loquenti in corde tuo / delectatus fueris iis que tibi secūdum suā mentē suggerit: meretricat⁹ es cū eo. Meretricē ergo nō accipiet sacerdos magn⁹: et nō cōtaminabit semē suū in pplo suo, Quod ē istud semē: qđ cōtaminari nō uult? in euāgeliis

Luce.8. scriptū ē, qa q̄ seminat: uerbū seminat. Nō uult cōtaminari ergo uerbū dei ab iis q̄ seminātur / ab iis q̄ uerbū dei in eccl̄ia p̄ferūt. Audiāt ergo doctores: ne forte ani-

me cōtaminate/anime meretricanti/anime infideli uerba dei credant, ne forte mittant ſanctū canibus:& margaritas ante porcos, Sed animas mūdas/uirgines Math.7. in ſimplicitate fidei que eſt in Chriſto/eligant:ipſis cōmittāt ſecreta myſteria/ipſis uerbum dei et arcana fidei proloquātur/ut in ipſis Chriſt9 formetur per fidē, An neſcis quia ex iſto ſemine uerbi dei quod ſeminatur:Chriſt9 naſcitur in corde auditorum? Hoc enim et apoſtolus dicit, donec formetur Chriſtus in uobis, Gala.4. Concipit ergo anima ex hoc uerbi ſemine/& conceptum format in ſe uerbū:donec pariat ſpiritū timoris dei, Sic enim per prophetā dicūt anime ſanctorū, a ti- Eſaie.26. more tuo domine concepimus in utero:et parturiuimus et peperim9 ſpiritū ſalutis, Iſte ſpiritalis eſt fetus:iſte eſt ſanctarū animarū partus/iſte cōceptus, Iſta ſūt ſancta coniugia:que cōueniūt & apta ſunt magno pontifici Chriſto Iheſu domino noſtro, Cui eſt gloria et imperium in ſecula ſeculorum, A M E N,

¶ Libri duodecimi Cyrilli in Leuiticum:finis,

¶ Eiuſdem liber decimuſtertius, de diebus feſtis & lucerna & candelabro: & de oleo ad lumen/et de menſa & panibus propoſitionis.

q Vi perfectus eſt: ab ipſo deo docetur de ſolēnitatū ratiōe/& homine ad hec diſcēda magiſtro nō utiƭ: ſed a deo diſcit/ſi poteſt capere dei uocē, Qui autē nō eſt talis ſed inferior: diſcit ab eo q didicerit a deo, Hec eſt ergo de ſolēnitatib9 duplex quedā ratio doctrine, Vna qua illūiata per ſpiritū ꝓphetica mēs doceƭ, q̄(ut ita dicā)magis ītuitu diſciƭ mentis q̄ ſono uocis:per quā ueritas ipſa/non umbra & imago ueritatis agnoſciƭ. Hi ergo qui ipſā dei ueritatē capere nō poſſūt/nec totū fulgorē ueritatis intēta mētis acie conſpicari:audiūt de ſolēnitatibus ſecundo loco ab iis qui primo didicerūt. Et cū illis ueritatē rerū ipſa inſpectiōis ꝓprietas dederit:ad iſtos ueritatis umbrā ꝓfert ſolus audit9 hui9 myſterii. Apoſtol9 ſane horū cōſci9:dicebat de Iudeis, quia um- Hebre.8. bre et exēplari deſeruiūt celeſtiū. Ipſa enim celeſtia Moſes uidiſſe deſcribiƭ: typos autē & imagines eorū que uiderat/populo tradidiſſe. Sic enim ad eū: diuinū Exodi.25 dicit eloquiū. Vide(inquit)omnia facito ſecūdū formā:q̄ oſtēſa eſt tibi in monte, Tale ergo eſt/quod & in hoc loco recitatū eſt:quia dn̄s locutus fuerit de ſolēnita- Leui.23. tibus ad Moſem, Et poſt hec, Et locut9 eſt Moſes(inquit)dies ſolēnes domini dei: filiis Iſrael, Tranſacto uero de his ſermone: uideamus quid poſt hec docet Moſes, Primo de lucerna/candelabro et oleo:quod ei infunditur, Secundo in loco de menſa & panibus propoſitionis/ac numero eorum:et qui eis uti debeant, Intendamus ergo animum diligentius iis que ſcripta ſunt, & ut ad hec dinoſcenda cōcedatur nobis gratia/dn̄m deprecemur:ut in his quas legimus litteris/ que ſit uoluntas ſancti ſpiritus/agnoſcamus, ¶ Precipe inquit filiis Iſrael/ & deferant tibi Leui.24. oleum de oliuis mundum/ expreſſum ad lumen: ut ardeat lucerna ſemper extra uelum in tabernaculo teſtimonii/& accendant illam Aaron/ & filii eius a ueſpera uſq; in mane coram domino indeſinenter, legitimum eternale in progenies ueſtras. In candelabro mundo accendetis lucernas ueſtras coram domino uſq; mane, Candelabrū mundū nominat/ lucernas accendi per pontificē iubet: & earum lumen miniſtrari ex oleo quod datur a populo, Precipit hoc itaq;/ qa

nisi dederit oleum populus:sine dubio extinguet lucerna / et non erit lumē in sā-
ctis. Secūdum litterā ergo hec erat consequentia:ut conferret populus oleū mū-
dum de oliuis expressum / ut ex eo ministraret lumen lucerne. Et Aaron accende
bat lucernas a uespera usq; mane fomētis olei quod contulerat popul9:lumini pa
bulum prebens. Verum quoniā lex spiritalis est:petamus a domino(si tamen cō-
2.Cori.3 uersi sumus ad dominū)auferri nobis uelamē de lectiōe ueteris testamēti.ut pos
simus aduertere que ratio sit candelabri uel lucernarum eius:secundū intelligē-
gentiam spiritalem. Ante aduentum domini nostri Ihesu Christi sol non orieba-
tur populo Israel:sed lucerne lumine utebatur. Lucerna enim erat apud eos ser-
mo legis et sermo prophetic9:intra angustos conclusa parietes / que non poterat
in orbē terre lumē effundere. Intra Iudeā namq; cōcludebat scientia dei: sicut &
Psal.75. ꝓpheta dicit, Notus in Iudea deus, Vbi uero exortus est sol iustitie domin9 & sal
zacha.6. uator noster / & natus est uir:de quo scriptū est.ecce uir oriēs nomē est ei.per uni
uersū mundū:scientie dei lumē effusum est. Sermo ergo legis & sermo ꝓphetic9
erat lucerna ardens:sed ardebat intra edem / nec ultra poterat emittere splendo-
rem suum. Q autem sermo legis & prophetarū / lucerna dicatur: domin9 ipse
nos docuit / dicens de Ioanne baptista. Ille erat lucerna ardens & lucens:& uos uo
Ioan.5. luistis ad horā exultare in lumine ei9, Et alibi dicit.quia lex & prophete usq; ad Io
Math.11. annē. Lucerna itaq; ardēs est Ioānes:in quo lex cōcludit & prophete, Donec er-
go popul9 ille habebat oleum quod cōferret ad lumē:lucerna nō est extincta. Vbi
uero defecit in eis oleum inferendum / oleum bonorum operum / nec inuenta est
apud eos puritas (purū namq; oleum querebatur ad lumē) necessario extincta
lucerna est, Si que dicimus / illis hec eueniant:non existimet quispiā q a nobis hec
omnino aliena sint. Immo maior cura est Christiano:olei cōquiredi. Vide eni quo
Math.25 modo domin9 in euangelijs per parabolā stultas uirgines nominat:que oleū non
portant in uasculis suis, & intantū stultas / ut qm defuit eis oleum ad succēdendū
lāpades suas:a thalamis excluse sint nuptiarū / nec pulsantib9 iis q olei curā negle-
xerāt / ianuā aperiri iussit spōs. Memini tamē dudū nos cū centesimi octauideci
Psal.118. mi psalmi exponerem9 illū uersiculū:in quo scriptū est. Lucerna pedib9 meis lex
tua dn̄e:et lumen semitis meis. diuersitatē lucerne & lucis pro uirib9 ostendisse,
Dicebam9 enim / q lucernā quidē pedib9 id est inferiorib9 corporis partib9 depu
Hiere.6. tarit:lucē uero semitis dederit / que semite in alio loco semite eterne nominant,
Quia ergo secūdū quandā mysticā rationē inferiores partes creature mūd9 hic
intelligitur:ideo lucerna legis iis qui in hoc mūdo tanq totius creature pedes sūt /
accēsa memorat, Lux aūt eterna erit illis semitis:per quas in futuro seculo unus-
quisq; pro meritis incedet, Sed de his suo loco sufficiēter pro nostris uirib9 dictū
est, Nunc ergo qm uespera est & nox usq; ad cōsumationē seculi / et donec nou9
dies futuri seculi & noue lucis effulgeat:unicuiq; nostrū lucerna hec illuceat / tātū
splēdorē luis ꝓbens:quātū olei copia ubertate operū fuerit ministrata. Deniq; &
Iob.29. Iob in quodā loco / cū de bonis operū suoꝝ exponeret: addidit etiā hoc.cū splen-
deret(inquit)lucerna eius super caput meum, Splendet ergo unicuiq; nostrum
lucerna hec: inquantum oleo bonorum operum fuerit accensa, Si autem ma-

le agamus/& opera nostra mala sint:non solum non accendimus/ sed extingui
mus nobis istam lucernam,& completur in nobis illud quod scriptura dicit,quia
qui male agit:in tenebris ambulat, & qui odit fratrem suū:in tenebris ambulat. Ioan,3,
Extinxit enim lucernam charitatis:& ideo in tenebris ambulat, An nō tibi uidet 1,Ioan.2,
extinxisse lucernam:qui lumen charitatis extinxerit.Qui autem diligit fratrē:in
charitatis luce perdurat/& cum fiducia potest dicere. ego autem sicut oliua fru= Psal.51,
ctifera in domo dei,et filii eius sicut nouelle oliuarum in circuitu mense eius,Ole= Psal.127,
» um ergo offerri iubetur a populo/et oleum non qualecumq; fuerit & non ex qui=
» buscūq; seminibus:ut fieri in diuersis regionibus mos est, sed de oliuis expressū:
in quibus indiciū pacis ostenditur,Nec enim accepta possunt esse deo opera tua:
nisi in pace peragantur, Sicut & Iacobus apostolus dicit,Fruct9 autem iustitie in Iacobi,3,
pace seminatur,Idcirco(credo)etiam domin9 discipulis suis tradebat fidele depo
situm:dicens,Pacem meā do uobis:pacem meā relinquo uobis. De hac ergo oliua Ioan.14,
oleum premam9 operum nostrorū:ex quo lucerna domino possit accendi/ ut nō
in tenebris ambulem9,¶ Hec quidem a nobis dicta sunt:quātum ad lucernā cā=
delabri & oleum eius spectat.Nunc uero uideamus:quid etiam in consequentib9
de panibus propositionis scriptum sit,Et sumetis inquit similaginē: et facietis de Leui,24,
ea duodecim panes.de duabus decimis erit unus panis,Et ponetis eos in duas po=
sitiones:sex panes una positio/super mensam mūdam coram domino, & impo=
netis super positionem thus mūdum et sal,& erunt panes in cōmemoratione ap
positi domino die sabbati:et proponētur coram domino semper a filiis Israel, Te
stamentum eternum erit Aaron & filiorum eius:et edent ea in loco sancto. sunt
enim sancta sanctorum, Hoc erit illis de iis que offeruntur domino legitimum
eternale.¶ Secundū ea que scripta sunt:in duodecim panibus/duodecim tribuū
Israel uidetur cōmemoratio ante dominū fieri,et preceptū dari ut sine cessatiōe
isti duodecim panes in cōspectu dn̄i proponātur: ut et memoria duodecim triby
um apud eum semp habeatur/et ueluti exoratio quedam & supplicatio per hec
pro singulis fieri uideatur,Sed parua satis & tenuis est huiuscemodi intercessio,
quantum enim proficit ad repropiciandū:ubi uniuscuiusq; tribus per panem fru
ctus/per fructus:opera consideranda sunt? Sed si referantur hec ad mysterii ma
gnitudinem:inuenies cōmemorationem istam habere ingentis repropiciationis
effectum,Si redeas enim ad illum panem qui de celo descendit: et dat huic mūdo Ioan.6.
uitam/ illum panem propositionis quem proposuit deus propiciatorem per fidē Roma.3,
in sanguine eius,& si respicias illam commemorationē de qua dicit deus/hoc faci 1,Cori,11,
te in mei commemorationem:inuenies q, ista est commemoratio sola:que propi=
cium facit hominibus deū, Si ergo intētius ecclesiastica mysteria recorderis:in iis
que lex scribit/future ueritatis inuenies imaginē pformatā,Sed de his nō est plu=
ra disserere:q, recordatiōe sola ea intelligi sufficit. Possum9 uero & aliter dicere.
Omnis sermo dei:panis est/sed est differētia in panib9,Est eni aliquis sermo q ad
cōmunē possit pferri auditū:& docere plebē de operib9 misericordie ac toti9 be=
neficentie,et iste est panis:qui cōmunis uidet.Est uero alius q secreta cōtineat:et
de fide dei uel rerū sciētia disserat,Iste panis mundus est:et ex similia confectus,

Iste in conspectu domini semper ponendus est:& super mensam mundam pro-
ponend⁹ est, Iste solis sacerdotibus sequestratus est:et filiis Aaron eterno mune-
re condonatus, Verum ne putes hec nos propriis sensibus excogitata narrare/&
non diuinis obseruasse uoluminibus: proferam tibi de scripturis sanctis quomõ
apud diuersos uiros panis diuersitas pro merito uniuscuiusq; seruata est, Refer-
Gene,18, tur in Genesi q, Abraham patriarcha angelos suscepit hospitio:similiter autem
Gene,19, et Loth.Sed Abraham qui meritis precellebat: panes ex simila apposuisse descri-
bitur, quos tengrifias:id est occultos ac reconditos nominauit, Loth uero q, non
habuit similam:ex farina panes hospitibus apposuit, nõ q, ita pauper esset ut nõ
habuerit similam:qui in diuitiis non inferior patruo scribitur.Sed utriusq; merito
rum differẽtia:per hec designatur indicia.q, is quidem cui erant a domino myste
Gene,18, ria reuelanda/ & ad quem dicebatur, non celabo a puero meo Abrahã quod fa-
cturus sum: qui imbuendus erat et docendus de occultis & secretis dei: ille panes
ex simila habuisse describit, Ille uero ad quẽ nichil sacramenti deferebatur/ sed
ratio presentis salutis & uite:panes communes ex sola farina scribit habuisse cõ-
fectos, Et tu ergo si habes scientiam secretorum/si de fide dei/ de mysterio Chri-
sti/si de sancti spiritus unitate potes scienter cauteq; differere:panes ex simila of
fers domino, Si uero communib⁹ uteris ad populum monitis/& moralem scis tã-
tummodo locum tractare qui ad omnes pertinet:communem te obtulisse noue-
ris panẽ, ¶ Sed uideam⁹ iam que sit cõfectio in istis panibus propositionis:qui an
te dominum poni semper iubentur, De duabus quidem decimis dixit, sed cuius
mensure sint iste decime:nõ comprehendit, cum utiq; cõsequẽs fuisset si de quã-
titate simile uolebat agnosci:ipsam(cuius duas decimas sumi iubebat)nominare
mensuram. Que ergo ista res est:cuius mensure modus nec comprehendi potuit
nec nominari: Decimus numer⁹ ubiq; perfectus inuenitur, Totius enim numeri
ex ipso ratio et origo cõsurgit, Competenter igitur author & origo omnium de⁹
sub hoc numero uidetur ostendi, Sed si in ecclesia de solo patre loquar / & ipsius
solius laudem proferã:unius decime panem feci, Aut si de Christo solo fecero ser
monem/& ipsi⁹ enumerauero passionẽ & resurrectionem predicauero:unius de
cime obtuli panẽ, Si uero dixero quia pater semper cum filio est/et ipse facit ope-
Ioan,14. ra sua:uel etiam si dixero quia pater in filio est & filius in patre/& q uidet filiũ ui-
Ioan,10, det & patrem/et quia pater & filius unum sunt:ex duabus decimus simile mun-
Ioan,6. de obtuli unum panem, panem quidem uerum:quia uitam dat huic mundo, He
retici uero non faciunt de duabus decimis unum panem: negant enim filium uni
us substantie cum patre esse, neq; uet⁹ & nouum testamẽtum/ unum faciunt pa
nem:neq; unum spiritum in utroq; instrumento profitentur, Nos autem in lege
et euangeliis unum atq; eundem inesse sanctum spiritum dicimus:et isto quoq;
modo ex duabus decimis unum panem propositionis offerimus, Quia ergo sepa
rãt Christum secũdum carnem a creatore deo patre suo heretici/et Iudei qui so-
lum patrem recipiunt/& uerbum ac sapientiam eius Christum nõ recipiunt: nõ
faciunt ex duabus decimis unum panem. Nos autem mensure quidem ipsius/id
est substantie nomen uel rationem comprehendere aut inuenire non possum⁹,

confitentes tamen patrem & filium:unum facimus panem ex duab⁹ decimis. nō ut panis unus ex una decima fiat & alius ex alia:ut sint ipse due decime separate/ sed ut unus panis:quoniā due decime una massa fit.quia non separo filium a patre:nec patrem a filio.qui enim uidet me inquit:uidet & patrem , Fiunt ergo panes singuli ex duabus decimis:& proponuntur duabus positionibus id est duob⁹ ordinibus.Si enim una positio fieret:confusus & permixtus esset sermo de patre ac filio.Nunc autem unus quidem est panis:una enim uoluntas est/ una substantia.sed due sūt positiões/id ē due psonarū ꝓprietates. Illū enī patrē q nō sit fili⁹: et hūc filiū dicim⁹ qui nō sit pater.Et hoc modo duas decimas in uno pane seruam⁹:& duas positiões ante dnm ꝓfitemur.Sed reuera magni (ut ita dicā) cuiusdā pistoris & ualde artificis est/diligēter istas seruare mēsuras:& ita tēperate de patre et filio sermonem coniungere ubi oportet/& rursum ubi cōpetit separare: ut neq; due mensure aliquando desint/neq; unq̄ non unus panis appareat. Duodecim ergo panes ex ista simila fieri mandantur : secundum numerum tribuū que ex Israel sunt progenite,In quo mihi uidetur.forma toti⁹ nature rationabilis cōtineri,Duodecim namq; putantur esse generales ordines rationabilis creature, Quorum figura erat in illis duodecim tribubus : in quibus erat unus quidem ordo regalis/qui Iudas nominatur,Alius erat ordo sacerdotalis:& Leui appellatur. Erat et alius ordo Iude uicin⁹:qui Beniamin dicitur,In quo ordine : templum dei et altare collocatum est.Alius ordo:Isachar/ et zabulon / et Effraim/aliiq;/quos nominatim designat scriptura diuina:quorum rationē nō est nunc temporis explicare.est tamē uniuscuiusq; tribus uel ordinis panis:ante dominum, Et licet sit aliqua tribus que non ex libera sed ex concubina Israel descendat/ et ex parte libera & ex parte seruilis sit;tamen pro omnibus ex duab⁹ decimis proponitur ante dominum panis/et omnes duodecim equa & simili mensura constant,Propo- Ioan, 14,

» ni autē iubentur supra mensam mūdam.Quis est nostrum qui ita habeat mensam mundam:ut panes super ea domino offerantur? Si sederis inquit cenare ad mensam potentis:intelligibiliter intellige que apponuntur tibi.Que est ergo mēsa potentis:nisi mensa illius qui dicebat,Omnia possū in eo qui me cōfortat Christo Ihesu,& cum infirmor:tunc potens sum? In istius mensa potentis mūda / hoc est in istius corde/in istius mente:domino panis offertur, Ad huiusmodi potentis apostoli mensam si sedeas cenaturus:intelligibiliter intellige que apponuntur tibi . hoc est spiritaliter aduerte que dicuntur ab eo:ut et tu facere possis quod addit, Ait enim,sciens quia talia te oportet preparare , ¶ Sed uideamus quomodo puer. 23, Philip, 4, 2,Cori.12

» duodecim panes ponūtur, Due inquit positiones,In una positione:sex panes, Putas ne ociosa est ista diuisio:id est q, duodecimus numer⁹ iterum partitur in sex? habet enim propinquitatem quādam cum hoc mundo:senarius numerus, In sex enim diebus factus est iste mundus uisibilis, Duo igitur ordines habentur in hoc mūdo:id est duo populi qui fidem patris ac filii in ecclesia tanq̄ in una mensa mūda custodiunt,

» Et superponetur inquit super positionem thus mundum. Thuris species:formam tenet orationum.Oportet ergo panibus fidei:orationum uigilātiam puritatemq; coniungere,Pura autem oratio est;sicut apostolus dicit. Leuā- 1,Timo,2

Psal, 140 tes puras man⁹ sine ira et disceptatione, Simul & odoris impleri faciat illud: quod scriptum est, Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, Si quis uero orationes offerat deo/non tamen habeat mundam conscientiam ab operib⁹ malis: hic thus quidem uidetur panibus supponere/sed non ponit thus mūdū, Nam si omnes thus mūdū essent: nō utiq; addidisset scriptura/thus mūdum super panes propositionis ponendū ante dominū, Nec enim putes q omnipotens de⁹ hoc mādabat & hoc lege sanciebat: ut ei thus ex Arabia deferretur, Sed hoc est thus quod deus ab hominibus sibi querit offerri/ex quo capit odorem suauitatis: orationes ex corde puro & conscientia bona/in quibus uere deus suscipit fragrantiā suauitatis, Et erunt (inquit) panes in commemorationem propositi ante dominū, In die sabbatorū proponetis eos. Si nondū tibi manifestum est/quia panes isti uerbum dei est: ex his nunc sermonib⁹ id cōfirmarem, Quid est enim quod nobis cōmemorationem dei facit/quid est quod nos ad memoriam iusticie & totius boni reuocat: nisi uerbum dei? Ideo ergo dicit, qui erunt in cōmemorationem propositi ante dominum, Addit. & in die sabbatorum: id est in requie animarum, Et q̄ maior fideli anime requies: q̄ memoria dei/q̄ in conspectu domini uersari/q̄ in fide patris ac filii permanere/q̄ oratiōes domino tanq̄ odorem suauitatis offerre?

¶ Testamentū inquit eternum erit Aaron & filiis eius: & manducabunt ea in loco sancto, Aaron & filii eius: genus est electū/genus sacerdotale: quibus hec portio sanctorum donatur a deo, quod sumus omnes: qui credimus in Christū, Locum autem sanctorum ego in terris non requiro positum: sed in corde, Loc⁹ eni dicitur sanctus: rationabilis anima, Propter quod et apostolus dicit, Nolite locū dare diabolo, Anima ergo mea locus est/si male ago: diaboli. si bene: dei, Deniq; et spiritus malignus cum inquit exierit ab homine/et circuierit loca arida & requiem non inuenerit: dicet tunc, Reuertar ad meum locum unde exiui. Loc⁹ ergo sanct⁹/anima est pura: in quo loco edere mandatur nobis cibū uerbi dei. Neq; enim cōuenit: ut sancta anima/uerba non sancta recipiat, Sed cum purificauerit se ab omni inquinamento carnis & morum: tunc locus sanctus effecta/cibum capiat panis illius qui de celo descendit, Nonne melius sic intelligitur locus sanctus: q̄ si putemus structuram lapidum insensibiliū/locum sanctum nominari? Vnde similitudine quadam etiam tibi lex ista proponitur, ut cum accipis panem mysticum: in loco mundo manduces eum, hoc est ne in anima contaminata & peccatis polluta: dominici corporis sacramenta percipias, quicunq; enim manducauerit (inquit) panem & biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini, Probet autem se unusquisq;: & tūc de pane manducet/et de calice bibat, Sancta enim sanctorum sunt, Vides quomodo non dixit sancta tantummodo: sed sancta sanctorum. ac si diceret, cibus iste sanctus non est communis omnium/nec cuiusq; indigni: sed sanctorum est, Quanto magis hoc et de uerbo dei recte meritoq; dicimus: hic sermo non est omnium/nec quilibet uerbi huius potest audire mysterium, sed sanctorum est tantūmodo. qui purificati sunt mēte/qui mundi sunt corde/qui simplices animo/qui uita irreprehensibiles/qui conscientia liberi: ipsorū est de hoc audire sermone/ipsis possunt explanari ista myste-

Marginal references: 1. Petri, 2. — Ephe, 4. — Luce, 11. — Ioan. 6. — 1. Cori, 11.

ſteria. Vobis enim datum eſt inquit:noſſe myſteria regni dei, Illis autem qui non Luce.11.
idem merentur / qui non ſunt tales ut mereantur / nec capaces eſſe poſſunt ad in=
telligentiam ſecretorum:illis non poteſt dari iſte ſacerdotalis panis qui eſt myſti
cus & ſecretus ſermo / ſed in parabolis / qui cōmunis eſt uulgi. ¶ Legitimū & eter
nale hoc erit, Legitimum namq; eternum eſt omne:quod myſticū eſt, Nam pre
ſentia hec et paſſim uiſibilia;temporalia ſunt / & finem cito accipiunt. Preterit eni 1,Cori,7.
habitus huius mundi. Q; ſi huius mundi preterit figura:ſine dubio & littere ha=
bitus preterit / & manent illa que eterna ſunt / que ſenſus continet ſpiritalis, Si er=
go intelleximus primo quomodo de9 loquatur ad Moſem / & Moſes filiis Iſrael.
ſecundo etiam rationem candelabri mundi & lucernarum : atq; olei eius . tertio
quoq; panes propoſitionis / ex duabus decimis ſingulos quoſq; confectos ſecūdū
uoluntatem ſpiritus intelleximus:demus operam ut & nos hoc tanto & tam ſubli
mi intellectu non efficiamur indigni, ſed ut anima noſtra prius fiat locus ſanct9 /
et in loco ſancto capiamus ſancta myſteria per gratiam ſpirit9 ſancti:ex quo ſā=
ctificatur omne quod ſanctū eſt, Ipſi gloria et imperiū in ſecula ſeculorū, Amē.

¶ Libri decimitertii / Cyrilli in Leuiticum:finis,

¶ Eiuſdem liber decimus quart9. de filio mulieris Iſraelitidis & Egytii patris:qui nominās nomen domini / maledixit ei. & de ſententia domini in eum.

Iſtoria nobis recitata eſt / cuius quamuis uideatur aperta narratio:ta
h men niſi diligentius continentiam eius que eſt ſecūdum litteram cō=
ſequamur / interior nobis ſenſus haud facile patebit. Eſt ergo ſermo
ſcripture de quo differendum eſt:hic; Et exiit inquit filius mulieris Iſ Leui,24.
raelitidis / et hic erat filius Egyptii inter filios Iſrael, Et litigauerūt in caſtris: is qui
erat ex Iſraelitide / et homo Iſraelita. Et nominās filius mulieris Iſraelitidis nomen
domini:maledixit / et adduxerunt eum ad Moſem. Et nomen matris eius:Salomi
tis / filia Dabri ex tribu Dan. Et miſerunt eum in carcerē:ut iudicarent de illo per
preceptum domini, Et locutus eſt dominus ad Moſem dicens, Eiice illum qui ma
ledixit extra caſtra:et imponent omnes qui audierunt manus ſuas ſuper caput
eius / et lapidabit eum omnis ſynagoga, Videamus ergo primo quid ſibi uelit hi=
ſtoria:quam propoſuimus, Et quamuis plana uideatur:tamen adhuc euidentius
eam tentemus ſub oculis ponere, Ponamus ergo unum:ex patre et ex matre Iſ=
raelitica nominis generoſitate gaudentem. Alium ex matre tantum:non etiam
ex patre / et uelut ex parte nobilem, non quidem ex parte patris:que utiq; nobili
tas melior uideretur / ſed matris que inferior eſt. Si enim pater fuiſſet Iſraelita
et mater Egyptia:eſſet aliquid amplius, hoc enim fuerat in Manaſſe & Effraim, Gene,41.
Nunc uero ſcriptum eſt:quia filius eſt mulieris Iſraelitidis & Egyptii patris, Si eni
diligenter ſecutus es duos iſtos uiros / unum ex integro nobilem:alium ex parte /
intuere nunc eos litigantes adinuicem / et qualiter is qui ex patre Egyptio et ma=
tre ſola Iſraelitide genitus uidetur: nominādo nomen domini maledixerit / et ob
hoc perductus ſit is qui maledixerat:ad Moſem. Moſes uero neq; abſoluere eum
auſus neq; condemnare ſine deo; tradiderit eum cuſtodie / uſquequo a deo reci=
peret reſpōſum quid uelit fieri in eum, hec eſt hiſtorie continentia, Nunc etiam

uideamus que sit in ea spiritalis gratia: que edificare debet ecclesiam, ¶Primō omnium sermo dicit, quia exiit filius mulieris Israelitidis et Egyptii patris, et unde uel quo exierit: non refert, Inueniuntur enim ambo in castris positi: sicut indi-
Leui,24, cat sermo domini qui dicit, Educ hominem qui maledixerat: foras extra castra, Si ergo de castris ducitur: necessario in castris erat. quid ergo est q̄, cum non dum exiisset de castris: dicit de eo diuina scriptura, & exiit filius mulieris Israelitidis? Ego puto/ quia docere nos uult sermo diuinus: q̄ qui peccat/ dupliciter exire dicitur. Primo enim exiit a proposito bono et recta sententia: exiit a uia iusticie/ exiit a lege dei. Postmodum uero cum confutatus fuerit pro peccato: exiit etiam de cetu & congregatione sanctorum, Vt si (uerbi causa dicamus) peccauit quis fidelium/ iste etiam si nondum abiiciatur per episcopi sententiam: iam tamē per ipsum peccatum quod admisit eiect9 est & foris est/ segregat9 a cōsortio & unanimitate fidelium, Exiit ergo fili9 patris Egyptii & matris Israelitidis, Qui penit9 extra fidem est: totus Egyptius est. qui autē inter nos est & peccat: ex una quidē parte qua deo credit/ Israelitice uidetur originis, ex ea uero parte qua peccat: de Egyptiis genus ducit, Duos ergo scriptura ꝓposuit litigantes. unum ex integro Israelitam: qui litigauit quidem sed nō peccauit, Istum uero cuius peccatum designat: maxima ex parte mixtum esse Egyptio generi indicat, aduersum quem li-
Exodi,2, tigat Israelita: & forte competenter & rationabiliter litigat, Nam in Exodo Israelita & Egyptius litigāt, ubi Israelita superat: Egyptius cadit. Igitur & ego hodie si ueritatem defendo/ si pugno pro ecclesiastica fide aduersum eum qui ex parte quidem credidit Christo & recipit scripturas/ sed non integre sensum earū nec fideliter recipit: litigo aduersum eum qui ex matre quidem Israelita est/ ex patre uero Egypti9, Si quis ergo & fidei credulitate & professiōe et nomine Christian9 est & catholicus: iste ex utraq; parte Israelita est, qui uero professione quidē Christianus est/ intellectu autem fidei hereticus & peruers9 est: iste matrem quidem Israeliticam/ patrem uero Egyptiū habet. Eodem autem modo accidit: cum scripturas quis legit & litteram quidem sequitur/ intellectum autem repudiat spiritalem. Hic matrem quidem Israeliticam habet: id est litteram. sensum uero quia spiritalem non sequitur sed carnalem: iste est ei Egyptius pater, Ideo aduersum ecclesiasticum/ aduersum catholicum litigat: eum scilicet qui ex utraq; parte Israelita est. Secundum litteram Israelita est: secundum spiritum Israelita non est, quia ipse secūdum litteram quidem Israelita est: secundum spiritum uero Egyptius, Quid ergo est utrisq; litigantibus necessarium? Ille qui carnalem sequitur sensum/ tanq̄ de Egyptio genus ducens: nomē domini nominat & maledicit, Nominat enim nomē dei/ & cum maledicto nominat, negat enim eum esse creatorem mūdi: negat esse patrem Christi. Nos uero qui ex utroq; genere Israelite sumus: & litteram & spiritum in scripturis sanctis defendimus/ & litigamus aduersum eos qui ex media parte Israelite uidentur/ et dicim9 quia neq; secundum litteram maledici deum oportet/ neq; secūdum spiritus intelligētiam blasphemari, Maledicus enim non solum in dominum sed etiam in proximum: apostoli Pau-
1.Cori,6, li sententia a regno dei excluditur, Vide enim quomō dicit apostolus. Nolite er-

rare, neq; fornicarii / neq; adulteri / neq; molles / neq; masculorum concubitores / neq; fures / neq; auari / neq; maledici: regnum dei possidebũt. Vide inter que crimina: inter adulteros / inter masculorum concubitores / inter auaros (quos alibi dicit idolis seruientes) etiam maledicos posuit: et a regno dei cum illis pariter exclusit. Videãt ergo qui os suũ quotidiana pene consuetudine ad hoc uiciũ cõuertunt: quid eis periculi immineat. Putantes enim leue et facile hoc esse peccatum: non facile cauent. Sed considerent apostolũ / quomodo maledicum a regno dei excludit: & deus per Mosem quomodo maledicum puniri iubet. Vnde ego ualde admiratus sum / q; hoc in loco quem habemus in manibus scriptura non aperte designauit: q; iste qui ex Egyptio genus ducit / maledixerit deum. sed tãtum posuit: quia nominans maledixit, et reliquit in medio: uel de deo uel de homine suspicandum. Vnde michi uidetur idcirco noluisse scriptura aperte de deo pronũciare: ne de hominibus uideretur dedisse maledicendi licentiã, & ideo uel de deo uel de homine siluisse: ut de utroq; caueretur. Verum cum sentẽtiã apostoli proposuimus qua dicit maledicos a regno dei excludendos: aliquid exposcit iste sermo solacii, ne omnimodã desperationem uideamur iniicere iis qui quotidiana pene maledicendi cõsuetudine rapiuntur / et ori suo adhibere custodiam uel ostiũ negligunt. Promissionis future non unus est modus neq; simplex species: sed sicut docuit ipse dominus in euangelio. Cũ beatos dicit pauperes spiritu: et ipsorũ dicit esse regnũ celorũ. Et iterũ beatos dicit mites / nec tamẽ eis celorum regnum sed terre hereditatem promittit. Dicit beatos et pacificos: sed ne ipsis quidem celorum regnum dedit / filios tamen eos esse dei pronunciat. Et cum diuersis diuersa repromittat: omnes beatos dicit qui ad promissa perueniunt / non tamen omnibus celorum regna concessit. Potest ergo fieri ut aliquis in ceteris forte operib⁹ et actibus emendatus sit et perfectus: subrepat ei tamen oris uicium lapsusq; sermonis. Huic etiam si secundum apostoli sententiam negantur regna celorum: non tamen alterius beatitudinis abscinditur locus. Verũtamen eo magis si quis inter ceteros perfectus est / elaborare etiam in hoc debet: ne ei subrepẽs praue cõsuetudinis uicium / celorum regna (quod est omnium beatitudinum culmen) eripiat, quamuis dominus dixerit, in domo patris mei mansiones multe sunt. Possumus adhuc addere etiam illud: q; natura peccati similis est materie que igni cõsumitur / quam edificari Paulus apostolus a peccatoribus dicit: qui supra fundamentum Christi edificant ligna / fenum / stipulam. In quo manifeste ostẽditur esse quedam peccata ita leuia: ut stipule comparentur / cui utiq; ignis illatus: diu nõ potest immorari. Alia uero feno esse similia: que et ipsa non difficulter ignis absumat / uerum aliquanto tardius q̃ stipulis immoretur. Alia uero esse que lignis cõferuntur: in quibus pro qualitate criminum / diutinũ et grãde pabulum ignis inueniat. Ita ergo unumquodq; peccatum pro qualitate uel quantitate sui: penarum iusta persoluit. Verumtamen quid opus est fidelibus et iis qui cognouerunt deum: de penarum qualitatib⁹ cogitare? quid opus est ligna / quid fenum / quid ipsam stipulam ad fundamentum Christi superponere? Cur non magis aurum uel argentum uel preciosos lapides: precioso superponimus fundamento / ubi cũ

Ephe. 5.
Math. 5.
Ioan. 14.
1. Cori. 3.

ignis accesserit:nichil inueniat quod absumat,Nam si accesserit ad stipulã:ex sti pula fauillam reddet et cineres,Si uero accesserit ad aurũ:aurum purius reddet, Hec nobis dicta sint pro iis qui negligũt oris maledici cõsuetudinem resecare, q̃ si non ex corde maledicant/etiam si non uoto et anima proferant maledicta:ta-
Esaie,6, men immundiciam labiorum secũdum Esaie uerbum et inquinamẽta oris incur runt,Iste tamen qui licet matre Israelitide/Egyptio tamen progenitus est patre: exiit/et nominãs nomen domini maledixit.De quo ego puto q̃ nisi exiisset:nec li tigasset aduersum uirum Israelitam/nec nominans maledixisset,Exiit enim a ueritate/et exiit a timore dei/a fide/a charitate:sicut superius diximꝰ quomodo per hec quis exeat de castris ecclesie/etiam si per episcopi uocem minime abiicia-tur,Sicut e contrario interdum fit:ut aliquis non recto iudicio eorum qui presũt ecclesie depellatur/et foras mittatur,Sed si ipse nõ ãte exiit/hoc est si nõ ita egit ut mereretur exire:nichil leditur in eo q̃ non recto iudicio ab hominibus uidetur exclusus,& ita fit ut interdum ille qui foras mittitur intus sit:& ille foris sit qui in-tus retineri uidetur.Vis tibi ostendam et alium:qui a nullo eiectus est & exiisse di
Gene.4, citur? Scriptum est de Cain:quia exiit a facie domini,quo exiit a facie dei? ubi eni non erat facies dei? Sed exiisse dicitur pro eo q̃ legem nature egressꝰ est:& igna ram tanti sceleris terram fraterno sanguine primus infecit.Sunt tamen & qui be ne exeunt:& beati sunt quia exeunt,Ostendam etiam hoc de scripturis.In Exo-
Exodi,18 do scriptum est,Omnes inquit qui querebãt nomẽ domini:exierunt ad Mosem extra castra.Isti bene exierunt extra castra:quia sequebãtur Mosem/id est legẽ
Esaie.52. dei,Et de aliis dicitur,Exite populus meus de medio eorum:& immundum noli-
›› te cõtingere, ¶ Exiit ergo inquit filiꝰ mulieris Israelitidis.et hic erat filius Egyptii
›› inter filios Israel.& litigauerũt in castris/ille qui erat ex Israelitide muliere:& ho-
›› mo Israelita,Vide quãta cautela scripture diuine sint intuende, Si diligenter in-spicias:illum qui de Israelitide matre et de Egyptio patre natus est/non dixit ho-minẽ.illum uero qui ex utroq; genere Israelita erat:hominem nominauit, Puta-mꝰ hec fortuitu scripta? putamus casu adiectũ:ut ille non diceretur homo/& hic diceret? Nõ sũt ista fortuita.ratio est.Nichil eni in uerbis dei:absq; p̃funda ratiõ ne cõscriptũ est,Ille namq; qui ex parte Egyptiꝰ/ex parte Israelita erat: nõdum merebat homo noiari,Iste uero q̃ ex integro Israelita erat/hoc est q̃ mẽte dñm uidebat:iste homo appellatur/homo inquam interior;: qui ad imaginẽ dei factus est & potest uidere dominũ. ¶ Post hec iam que in posterioribꝰ referuntur:non absq; quadam questione sunt,de qua multi querentes:non multi explanare po-tueruut,Sed si uestris me orationibus iuueritis: tentabimꝰ etiam nos in medium proferre que dominus dederit,homo inquit si maledixerit deum:peccatum acci
›› piet,qui autem nominat nomen domini:morte moriatur.Quid est hoc/qui ma-
›› ledixerit deum:non habet penam mortis/sed qui nominauerit nomen domini? Nonne multo grauius est maledicere deum:q̃ nominare/quamuis in uanum no minasse dicatur? & quomodo qui maledicit:peccatum suscipit tantum.qui autẽ nominat:morte moriatur? Hec ergo sunt que in hoc loco solent questionem mo uere:que ignorantibus sensum scripturarum inconsequenter dicta uidentur &

incongrue. Putant enim q qui maledicit nomen domini: statim puniri debeat. Ille uero qui nominauerit nomen domini / hoc est superflue & in uanum nominauerit: sufficiat accepisse peccatum. Sed nos cōsequentiam sermonis tali quodam sensu tentemus aperire, Maius esse peccatum in quo maledicitur deus q̄ in quo nominatur: dubitare non possumus. Restat ut ostendamus / multo esse grauius accipere peccatū & habere secum: q̄ morte mulctari. Mors que pene causa infertur pro peccato: purgatio est peccati ipsi9 pro quo iubetur inferri, Absoluitur ergo peccatum pro pena mortis: nec superest aliquid / quod pro hoc crimine iudicii dies / pena eterni ignis dignum inueniat, Vbi uero quis accipit peccatū / & habet illud secum / ac permanet cum ipso / nec aliquo supplicio penaq; diluitur: trāsit cū ipso etiam post mortem, et quia temporalia hic nō persoluit: ibi expendit eterna supplicia, Vides ergo quanto grauius sit accipere peccatū: q̄ morte mulctari. Hic enim mors pro uindicta datur: et apud iustum iudicem deum nō uindicatur bis in idipsum, sicut propheta dixit. Vbi autem non est soluta uindicta: peccatū manet illis eternis ignib9 puniēdum, ¶ Q; autem hec ita se habeant: possum tibi testes ex diuinis uoluminib9 adhibere Ruben et Iudam patriarchas / loquentes ad patrem suū Iacob: cum uellent assumere secum Beniamin / & ducere ad Egyptū propter sponsiones quas cum Ioseph fratre pepigerant, Ibi ergo Ruben quidem ita dicit ad patrē. Ambos filios meos occide: nisi reduxero ad te Beniamin, Iudas uero ait, Peccator ero in te: nisi reduxero eum tibi, Iacob uero pater ipsorum sciens multo esse graui9 quod promiserat Iudas / qui dixerat: peccator ero in te / ab eo qui dixerat / occide filios meos: ipsi Ruben quidem non credidit filium / tanq̄ q leuiorē elegerit penam, Iude uero tradidit: sciens graui9 esse quod elegerat. Hoc ergo modo cōuenienter aptauit scriptura diuina, ei quidem qui maledixerit deum: ut peccatū sumat, Ei uero qui leui9 deliquit: q morte moriatur, Vis autem & de euangeliis noscere: q qui receperit in hac uita mala sua / ibi iam non recipiat, qui autem hic non recipit: ibi seruentur ei etiam omnia / docet nos exemplū Lazari pauperis & illi9 diuitis: ad quem dicitur in infernis positū a patriarcha Abraham, Memento fili quomō tu recepisti bona in uita tua: et Lazarus similiter mala, Nunc autem tu quidem cruciaris: hic uero requiescit, Et solent homines ignorantes iudicia dei que sunt abyssus multa: conqueri aduersus dominum / & dicere. Cur homines iniusti et iniqui / raptores / impii / scelesti: in hac uita nichil patiuntur aduersi / sed cuncta eis prosperis successib9 cedant: honores / diuitie / potētie / sanitas quoq; eis ipsa & corporis habitudo famuletur. Et cōtra innocentib9 / acpiis / & colentibus deum: innumerabiles erumne superueniant, abiecti / humiles / contempti / et sub colaphis potentium uiuunt: nonnunq̄ etiam et sepius eis morbi quoq; ipsi corporis dominentur. Sed hec ut dixi conqueruntur: ignorātes quis sit ordo in diuinis iudiciis, Quanto enim grauius eos puniri uolunt / de quorū potētia & iniquitatibus ingemiscunt: tanto magis necessarium est differri penas, que si nō differrentur: temporales utiq; & leuiores essent / quia finem cum morte reciperent, Nunc uero quia differuntur: certum est q eterne erunt / & cum seculis extendentur, Econtrario igitur si uelint iustis et innocentib9 in presenti se-

Margin notes: Sopho, 1. (beside "in idipsum... peccatū manet"); Gene, 42 (beside "propter sponsiones"); Gene, 43 (beside "uero ait... sciens"); Luce, 16. (beside "ham, Memento fili"); Psal, 35. (beside "rantes iudicia dei")

culo bona reddi:essent etiam ipsa bona temporalia / & celeri termino cōcludēda,
Quanto autem magis differuntur in futurum: tanto amplius erunt perpetua &
nescient finem, Hoc ergo est:quod nos scripture huius locus paucis sermonibus
comprehensus edocuit,ut sciam⁹ multo esse grauius accipere peccatū & habere /
ac secum ad inferna deferre:q̄ in presenti penas dare commissi, Et ideo hec sciēs
1.Cori,5, expedire fidelibus Paulus apostolus:dicit de eo qui peccauerat, quem tradidi(in
quit) sathane in interitum carnis:hoc est morti, Multos autem sequi fructus mor
tis huius:ostendit in sequentib⁹ dicens,ut spiritus saluus fiat in die domini nostri
Ihesu Christi. Vides ergo quomodo aperte apostolus utilitatem mortis huius ex=
posuit. cū eum (dicit) tradidi in interitum carnis: hoc est in afflictionē corporis q̄
solet a penitentibus expendi,eumq; carnis interitum nominauit:qui tamen car=
nis interitus uitam spiritui conferat. Vnde et nunc si quis nostrum recordatur in
semetipso alicuius peccati conscientiā / si quis se obnoxium nouit esse delicto:cō=
fugiat ad penitentiam & spontaneum suscipiat carnis interitum , ut expurgat⁹
in presenti uita spiritus noster:mundus & purus pergat ad Christum dominum
nostrum,Cui est gloria & imperium in secula seculorum , A M E N.

¶ Libri decimiquarti / Cyrilli in Leuiticum:finis,

¶ Eiusdem liber decimusquintus: de uenditione domorum & redemptionibus,
Res diuersas leges de domorum uenditionibus & redemptionibus
per Mosem in Leuitico datas uidemus,quarum continētiam primo
secūdum historiam pertractemus:ut post hoc etiam ad spiritalē sen=
sū possim⁹ ascēdere . Dom⁹ q̄dā sunt in urbib⁹ muratis:quedā in ui=
Leui,25, cis uel agris nō habentib⁹ muros. Ait ergo.q. si in ciuitate murata uēdiderit quis
domum:per annū integrū habeat copiam redimēdi, Post annum uero:potestas
recuperandi nulla conceditur,erit enim (inquit) domus ipsius emptoris certa pos
sessio:si intra annum liberare eam non potuerit qui distraxit,Secunda lex est, q.
si domus ipsius que distracta est in uico fuerit qui murum non habet / cui tamen
uico ager adiaceat:liceat uenditori & post annum & quandocūq; potuerit / resti
tuere precium et recuperare quam distraxerat domum.Tertia lex est. q. si forte
domus sit leuite uel sacerdotis: ubicūq; fuerit talis dom⁹ / siue in ciuitate murata
siue in uico cui murus non est:liceat semper & in omni tempore / ut quandocūq;
potuerit leuita uel sacerdos redimat domum suam,Nec unq̄ sacerdotalē uel leui
ticā possessionē cōfirmari in aliū qui nō sit eiusdē ordinis:diuina iura permittūt,
Iste sunt ergo leges quibus utebatur popul⁹ ille prior : etiam secundum hoc ipsū
qđ p historiā designat / religiose satis et pie sacerdotalibus uel leuiticis ordinib⁹
cōsulētes.Sed citius hec referam⁹ad nos:quibus lex Christi si eam sequamur / nec
1.Timo,6 possessiōes in terra nec in urbib⁹ domos habere pmittit, Et quid dico domos: nec
plures tunicas nec multā cōcedit possidere pecuniā, habentes eni inquit uictū &
uestitū:his contēti sim⁹, Quō ergo nos datas de domib⁹ siue intra ciuitatē mura
Gene.25, tam positis / siue in uicis quib⁹ muri nō sūt:obseruabim⁹ leges: Inuenim⁹ in aliis
scripture locis:q. sermo diuinus maiore quodā sacramēto nominet domū, Vt cū
dicit de Iacob,& quasi pro laude ei⁹ ponit, Erat eni (inquit) Iacob homo simplex:

habitās domū. Et iterum īuenio de obstetricib⁹ hebreorū scriptū, et quia (inquit) timebāt deū obstetrices: fecerunt sibi domos, Videam⁹ ergo q̄ obstetricib⁹ quidē faciendarū domorum causa: fuerit timor dei. Iacob uero simplicitas & innocentia: causam dederit ut habitaret domū, Deniq; et Esau qui malus fuit non est scriptū de eo: q̄ habitauerit domū, nec de aliquo alio scriptū est q̄ edificauerit sibi domū: qui nō habuerit timorē dei. Que est ergo ista dom⁹ & quale edificiū est: Paulus apostolus exponit apertius / cū dicit, Domū habem⁹ non manufactā: eternam in celis, Hec ergo est dom⁹ quam edificare nemo potest: nisi in simplicitate mentis et puritate cordis, Sed quoniā accidere solet ut etiam qui bene edificauerit / & domū sibi celestē bene agēdo & bene uiuēdo ac recte credēdo cōstruxerit: incurrat alicuius peccati debitū / et hanc a crudelissimo feneratore uenūdare cogatur / ac labores suos trāsfundere in aliū: pietas & clemētia legislatoris occurrit / ut intra certū tempus redimi possit: si tamen inuenerit inquit manus tua preciū / quod restituat, Quale preciū? penitentie sine dubio lachrymis cōgregatū: et manibus id est labore boni operis inuentū, Annus autē ipse intelligi potest / quem uenit uocare domin⁹ annū acceptum: quo dimittat cōfractos in remissione / & salutem delicta sua confitētib⁹ prebeat, Q̄ autē dicit domū in ciuitate murata / recte (ut arbitror) domus que in celo esse dicitur: in ciuitate murata intelligit̄. Murus est enim huiuscemodi domib⁹: ipsū celi firmamētū, Sed talē domū rari quiq; habere possunt: illi fortasse qui super terrā ambulātes / cōuersatione habēt in celis, & de quibus dicit apostolus, Dei edificatio estis, Ceteri autem in uicis habent domos: quibus non est murus, est tamen eis adiacens ager fecund⁹: et sunt illi fortassis qui sibi habitaculū preparāt in terra uiuētiū / et in illa terra quam māsuetis domin⁹ promittit dicens, Beati mites: quoniā hereditate possidebūt terrā, Istas ergo domos / si forte aliquis (sicut supra exposuim⁹) laps⁹ acciderit: semp est recuperādi facultas, ut uerbi gratia dicam⁹, Si nos aliqua culpa mortalis inuenerit: q̄ non in crimine mortali / non in blasphemia fidei (que muro ecclesiastico et apostoli dogmate cincta est) sed uel in sermone / uel in morū uicio cōsistat: hoc est uendidisse domū que in agro est / uel in uico cui mur⁹ nō est. Hec ergo uēditio & huiusmodi culpa: semper reparari potest, nec aliquando tibi interdicit̄: de cōmissis huiuscemodi penitudinē gerere, In grauiorib⁹ eni crminib⁹: semel tm̄ penitentie cōcedit̄ locus. Ista uero cōmunia q̄ frequēter incurrim⁹: semp penitētiā recipiūt / et sine itermissiōe redimunt̄. ¶ Q̄ si sacerdotalis fuerit (iquit) ista dom⁹ uel leuitica: ubicūq; fuerit siue in ciuitate siue in agro / semp habēt redēptionem, In hoc loco: sacerdotalē sensū & leuiticā itelligētiā q̄ro, Nō eni inferior esse debet author hoꝝ (si fieri potest) illo ipso: q hec scripsit & sanxit, Quid ē ergo q̄ sacerdos & leuita / dom⁹ sue semp habēt redēptionē: & ubicūq; fuerit / habet redēptionē? Secūdū spiritalē intelligētiā: sacerdos / mens deo cōsecrata dicit̄. & leuita appellat̄ is: q idesinēter assistit deo / & uolūtati ei⁹ ministrat, Perfectio ergo i itellectu & opere / in fide & actib⁹: sacerdos & leuita accipiēd⁹ ē, huic itaq; perfecte mēti si accide rit aliqn̄ domū / quā habet nō manufactā: sed eternā in celis / uēdere & in man⁹ alteri⁹ dare (sicut cōtigit aliquādo magno patriarche Dauid: cū de tecto suo Vrie

Exodi, 1. — 2. Cori. 5. — Esaie, 61. — 1. Cori. 3. — Math, 5. — Id de publica penitētia / que in propatulo secūdū ecclesie iudiciū fit: intelligēdū est, — 2. Cori. 5. — 2. Reg. 11

2.Re.11. Ethei aſpexiſſet uxorem) ſtatim eam redimit / ſtatim reparat, ſtatim enim dicit: peccaui. Immo uero adhuc aliquid ſublimius in hoc ſenſu debem⁹ inſpicere: quomodo domus ſacerdotum & leuitarum / id eſt perfectarum mentium ſemper delicta redimuntur / ſemperq; purgentur, Si quando ſcripturas diuinas legimus / et ſanctorum patrum in his delicta aliqua recenſemus: ſi ſecundum apoſtoli Pau
1.Cori.10 li ſententiam dicimus / quia hec omnia in figura cōtingebant illis: ſcripta ſūt autē propter cōmonitionē noſtram / hoc modo ſemper domus eorum redimitur. quia ſemper pro culpis eorum / purgatio & ſatiſfactio a doctorib⁹ adhibetur: oſtendētibus ex diuinis ſcripturis / formas fuiſſe hec & imagines rerum futurarum, non quibus arguerentur delicta ſanctorum: ſed quibus oſtenderetur peccator & impius in parte ſanctorum ſocietateq; conſtitiſſe, Nunq̄ ergo ſacerdotalis poſſeſſio a ſacerdote ſeparatur, etiam ſi ad tempus fuerit ablata / etiam ſi fuerit diſtracta:
1.Cori.13 ſemp redimitur / ſemp reparatur. uelut ſi diceret. charitas que perfecta eſt: omnia patitur / omnia ſperat / omnia tolerat / charitas nunq̄ cadit, Sic ergo poſſeſſio ac domus ſanctorū nunq̄ cadit / nunq̄ aufertur: nunq̄ ab eorū iure ſeparatur, Quomodo enim ſeparari a ſacerdotibus poteſt domus: que edificata eſt ſupra funda-
Ephe.2. mentum apoſtolorum & prophetarū / in qua ipſe eſt angularis lapis Iheſus Chriſtus? Q͂ʒ autem poſſit aliquādo domus iſta diſtrahi / hoc eſt huiuſmodi edificatio
1.Cori.3. incidere peccatum: audi apoſtolū Paulū quomodo de talibus dicit. Vt ſapiens architectus fundamentum inquit poſui: alius ſupra edificat, unuſquiſq; autem uideat quomodo ſuperedificet, fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere: p̄ter id quod poſitum eſt / qui eſt Chriſtus Iheſus, Si quis autem ſupra fundamētū hoc edificat aurum / argentum / lapides precioſos: ligna / fenum / ſtipulam, Vides ergo quoniam poteſt quis ſupra fundamentū Chriſti edificare ligna / fenum / ſtipulam: hoc eſt opera peccati, que qui edificat: ſine dubio uendidit domum ſuam emptori peſſimo diabolo, a quo unuſquiſq; peccantium peccati precium conſequitur ſatiſfactione deſiderii ſui, Hoc ſi forte incurrerit aliquis (quod abſit) cito redimat / cito reparet: dū tēpus eſt reparādi / dū penitētie locus eſt. Itaq; deū p̄cemur / ne eterne dom⁹ habitatiōe fraudemur: ſed digni habeamur recipi in eterna tabernacla, Per Chriſtū dn̄m noſtrū: cui eſt gl̄ia & imperiū in ſc̄la ſc̄loꝝ. Amen.

¶ Libri decimiquinti / Cyrilli in Leuiticum: finis.

¶ Eiuſdem liber decimusſextus & ultimus: de benedictionibus Leuitarū uel preceptis trium mandatorum.

In agonibus corporalibus gradus quidam et differētie ſingulorum quorūcumq; obſeruari ordinū ſolent: ut pro qualitate certaminum premio remuneretur unuſquiſq; uictorie. Verbi gratia, ſi inter pueros quis habeat agonem / ſi inter iuuenes / ſi inter uiros: que per ſingulos ordines obſeruatio haberi debeat / quid fieri liceat uel non liceat / et que certaminis regula cuſtodiri. quid etiam poſt hec remunerationis / mereatur palma uincentis: ipſis nichilominus agonicis legibus cautum eſt, Ita et nunc omnnipotens deus obſeruande legis ſue in hoc mundo agonem mortalibus ponens: poſteaq̄ tradidit obſeruanda / & copioſe quid fieri uel quid non fieri deberet ſcripſit: cōuenienter

ad ultimum iam Leuitici locum (in quo de singulis quibusq; obseruationibus cõstitutum est) quid muneris reportet qui impleuerit/& quid pene subeat qui non obseruauerit:enunciat,Sed si lex secundum q̃ iudei uolunt/& ii qui eorum sensu scripturas intelligendas putant/non esset spiritalis sed carnalis: dubium non est quin obseruata carnaliter;benedictiones quoq; carnales obseruantibus tribuat,Si uero ut Paulo uidetur apostolo/lex spiritalis est:sine dubio & spiritaliter obseruanda est/et spiritalis ex ea benedictionum speranda remuneratio, Totius namq; consequentie est:spiritalem legem benedictiones dare spiritales/& eiusdem nichilominus consequentie est: etiam maledicta & condemnationes legis spiritalis non esse corporeas, Sed ut indubitatum sit quod dicimus: ipsius Pauli apostoli uoce utamur, qui ad Ephesios scribens: de spiritalibus benedictionibus hoc modo pronunciat, Benedictus (inquit) deus et pater domini nostri Ihesu Christi:qui benedixit nos omni benedictione spiritali in celestibus in Christo, Quoniam quidem sciebat nonnullos legentes has benedictiões/posse in id prolabi/ut eas corporales putarent & terrenas: uoluit eis euidentius aperire que sit diuinarum benedictionum natura/uel ubi querenda,& ideo ait.Qui benedixit (inquit)nos in omni benedictiõe spiritali in celestibus in Christo.Sed et hoc quod addidit/in omni benedictione spiritali;non est ociosum/sed apostolice uehementie plenum,Nam quia sciebat multa esse implenda que mandantur in lege/& in unoquoq; mandato proprios existere agones/in quibus per singula benedictionem qui uicerit meretur:ideo dixit,qui benedixit nos in omni benedictione spiritali:ut et plures eas esse ostenderet/& spiritales. Potest autẽ in hoc sermone quo ait/in omni benedictiõe spiritali:& illud intelligi, ut & uerbi gratia iustus quisq; et perfectus capiat benedictiones Leuitici: de quibus nunc sermo est, Capiat & eas que in Numerorum libro scripte sũt, sed & illas que in libro Genesis continẽtur:benedictiones Noe ad Sem & Iaphet/& benedictiones Isaac ad Iacob/& iterum Iacob benedictiones ad Ioseph & Effraim & Manasse/& post hec ad duodecim patriarchas.Quia ergo multe sunt benedictiones posite in diuinis scripturis que uidentur quidem ad unumqueq; factorum(uerbi gratia:ad Sem et Iaphet) dirigi.Non tamen(ut quibusdam uidetur)ita in illos solos diriguntur:ut alius ex his participare non possit,Idcirco eas spiritales apostolus nominauit/ut quicunq; effici potuerit in uirtute et spiritu (uerbi gratia) Sem uel Iaphet/uel Ioseph aut Isaac aut Iacob:sicut et Ioãnes fuit in spiritu et uirtute Helie) possit etiam ipse benedictionis illius particeps fieri: cuius uirtutem & spiritũ gesserit. ¶Sed uideamus nunc in Leuitico: benedictionum quod sit exordium,Si (inquit) in preceptis meis ãbulaueritis/et mandata mea custodieritis/& feceritis ea. Tria sũt que dicit:in preceptis ambulandum/mandata custodienda/et facienda que mandata sunt, Vnde uidetur michi preceptum esse(uerbi gratia) cum iubetur ut ille qui sabbatum non seruauit; ab omni synagoga lapidetur/aut qui maledixerit deum:ut lapidibus perimatur/et siqua iubentur huiusmodi.Mandata uero esse quibus iubetur (uerbi causa) decimas offerre leuitis/uel ter in anno apparere domino/uel non apparere uacuum in conspectu domini, Custodire ergo man=

Marginal references: Roma,7 — Ephe,1 — Leui,26 — Nume,6 — Gene,9 — Gene,27 — Gene,48 — Gene,49 — Luce,1 — Leui,26 — Nume,15 — Leui,24 — Nume,18 — Exo,23 — Exo,34

datum est: intelligere uel aduertere que iubentur, Sic ergo intelligendum puto quod dixit, Si in preceptis meis ambulaueritis: & mandata mea custodieritis / & feceritis ea, ¶ Sed uideamus que sit prima benedictio iis qui ea que mãdantur im pleuerint. Dabo inquit pluuiã uobis tẽpore suo, Igitur primo ad Iudeos dicamus: et eos qui simpliciter uel corporaliter hec ĩtelligẽda opinant. Si pluuia hec tãq̃ remuneratio pro laboribus datur iis qui mandata custodiunt: quõ & iis qui mandata non seruant / una atq; eadem datur pluuia temporibus suis / & uniuersus mũdus cõmunibus utitur pluuiis a deo datis. Pluit enim super iustos & iniustos, Q̃ si iustis & iniustis datur pluuia: non erit eximia remuneratio iis qui mandata seruauerint, Vide ergo quia etiam si Iudei non acquiescunt uerbis Ihesu domini nostri: tu tamen qui nomine eius censeris & Christianus appellaris / debes ei credere

Math, 5. dicenti / quia pater suus celestis communem hãc pluuiam pluit super iustos & iniustos, et non debes putare / quia iustis eximiã separauerit portionem hanc: quã communem posuit etiam cum iniustis, Queramus ergo in scripturis / que sit pluuia que sanctis tantummodo datur: & de qua mandatur nubibus / ne pluant

Esaie, 5. pluuiam istam super iniustos, Que ergo sit ista pluuia: ipse Moses horum legisla-

Deute, 32 tor nos edoceat, Ipse enim dicit in Deuteronomio, Attende celum & loquar: audiat terra uerba ex ore meo / expectetur sicut pluuia eloquium meum. Nunquid mea uerba sunt ista. Quid rethoricis argumentis sensum diuine legis uiolenter inflectimus. Nonne Moses est: qui dicit pluuiam esse quod loquitur. Expectetur

Ibidem. inquit sicut pluuia eloquium meum: & descendant sicut ros uerba mea, sicut imber super gramen: & sicut nix super fenum. Intende diligenter auditor ne putes nos uim facere scripture diuine: cum docentes ecclesiã dicimus uel aquas / uel imbres / uel alia que corporaliter dici uidentur / spiritaliter sentienda. Audi quomodo Moses uerbum diuine legis nunc pluuiam nominat / nũc rorem uocat: nũc imbrẽ / nunc etiam niuem dicit, Et sicut Moses uaria et diuersa proloquitur / tãq̃

Esaie, 1. ex gratia multiformis dei sapientie proloquens: ita et Esaias / cum dicit, Audi celum / & auribus percipe terra: quomodo dominus locutus est, Sed & unusquisq; prophetarũ cum aperuerit os: imbres deducit super faciẽ terre / hoc est auribus et cordibus auditorum, Hoc sciens & apostolus dicebat, Terra enim uenientẽ se-

Hebre, 6 pius super se imbrem bibens / & generans herbam oportunã iis a quibus colitur: accipit benedictiones a deo, que autem protulerit spinas & tribulos: reproba est et maledicto proxima / cuius finis ad exustionem. Nunquid hec apostolus de terra hac dicit. Sed nec accipit terra benedictiones a deo: cum imbres biberit & fructum produxerit, sed neq; cum spinas ac tribulos post pluuiam protulerit: consequitur maledictiones a deo, Sed nostra terra id est nostrum cor si suscipiat frequenter uenientem super se pluuiam doctrine legis / et attulerit fructum operũ: accipit benedictiões, Si uero non opus spiritale sed spinas & tribulos id est sollicitudines seculi habeat / aut uoluptatem / et diuitiarum cupiditates: reproba est & maledicto proxima / cuius erit finis ad exustionem. Propterea unusquisq; audi-

Luce, 3, torum cum conuenit ad audiendum: suscipit imbrem uerbi dei. Et si quidem fructum attulerit operis boni: benedictionem diuinam consequetur, Si uero susce-

ptum dei uerbum contempserit/et frequenter audita neglexerit/ ac solicitudini rerum secularium libidiniq; se subiecerit: tanq̃ qui spinis suffocauerit uerbum/ maledictionem pro benedictiõe cõquiret/ & pro beatitudinis fine:finem exustionis inueniet, ❡ Dabo ergo(inquit) uobis pluuiã in tẽpore necessario. Addidit et in tempore, Sicut enim imber iste terren⁹ si importune ueniat/id est cum messis colligitur / cum frumenta teruntur in areis: obesse magis q̃ prodesse uidebitur. Ita & ii quib⁹ pluuia uerbi dei ministrãda committitur:obseruare debẽt hoc quod dicit scriptura/ut in tempore prebeant.id est ne crapulato & ebrio uerbum dei ingerant, ne occupato in aliis animo/cum attentus esse non potest:uel cum alicuius uicii languore cõstrictus est/& nõ doctori sed morbo proprio interior prestatur auditus. Prudenter ergo coniiciat ubi potest uacare mens:ubi sobrius/ubi uigilans/ubi intentus auditor est/& ubi pluuiã ministret in tempore. Sic & tritici mensuram seruus fidelis & prudens / in euangelio cõseruis dare iubetur in tẽpore. Luce,12. Sed & alio modo possumus intelligere hoc quod mandatur;scilicet q; imber dandus est in tempore. Puer est aliquis:& paruulus in fide. Indiget pluuia:sed lactis pluuia. Sic enim dicit ille:qui sciebat pluuias in tempore dispensare. Lac potũ dedi uobis non escam:nõdum enim poteratis. 1.Cori.3. Proficit post hec in fide/creuit etate et sapientia:aptus sine dubio factus est/qui solidiorem percipiat cibum. Infirmat' aliquis:& non pro tempore sed pro infirmitate capere non potest que robusta sunt, uerbi causa:non potest pene de castitate capere sermonẽ. Oportet cõpati & metiri doctrinã pro uirium qualitate:& concedere aliquibus nuptias/hoc est oleribus pascere infirmũ:et ad huiuscemodi mensurã anime/aptare uelut tenuem et roris similem pluuiam uerbi. Est autẽ alia terra que potest suscipere ualidos imbres:ferre etiam flumina uerbi dei/et rapidos portare torrentes. De his enim talibus:propheta dicit in psalmis,& torrentem uoluptatis tue potum dabis illis. Psal.35. ❡ Dabo ergo(inquit) uobis pluuiam in tempore suo:et dabit terra natiuitates suas. Post primam benedictionem pluuie/ ista secunda est; qua dicitur terra suscepta pluuia dare natiuitates suas. Inuenimus quia et Isaac benedicens Iacob ait, Det tibi domin⁹ de rore celi & ab ubertate terre: plenitudinem frumenti & uini. Gene.27. Putasne tale frumẽtum in benedictione dabit Isaac filio suo Iacob:quale habent & peccatores homines/& quali abundabat etiam impius Pharao? Hec erat tanti patriarche benedictio? Vis tibi adhuc ostendam quomodo & alibi iniqui habent multitudinem frumenti:intuere illum in euangelio cuius ager multos attulerat fruct⁹/qui dixit, Destruã horrea mea & maiora reedificabo: & dicam anime mee, habes multa bona reposita in annos multos, manduca/bibe/& letare. Luce,12. Talia ergo credim⁹ esse bona:q̃ diuinis bñdictionib⁹/sãctis qbusq; & fidelib⁹ tradebant? Alios ergo terre fruct⁹ aspicio:& aliter mltitudinẽ natiuitatis intueor. Si enim terra mea afferat fruct⁹/si natiuitates ex domini bñdictiõe producat:intelliget sens⁹ me⁹ & explanare poterit/ que et qualis sit ista terra que accepta celesti pluuia natiuitates proferat rationabiliũ frugum. Testimoniũ de euãgeliis sume/ quomodo exiit qui seminat seminare: & aliud quidem cecidit secus uiam/ Luce,8. aliud aũt supra petrã/ aliud sup spinas/ aliud aũt sup terrã bonã. Dedit aũt ter- Math.13.

Marci, 4. ra fructũ suum: et natiuitates suas produxit, Attulit eni fructũ cẽtesimũ / et sexa-
›› gesimum / et tricesimũ ¶. Sed et ligna inquit camporum dabũt fructum suum,
Habemus intra nosmetipsos et ligna camporũ: que fructum suum producunt,
Eurisilo- Que sunt ista ligna camporum? dicet fortassis auditor, Quid iterum hic eurisilo
g⁹ / uerbo gus ait? quid undecũq; uerba cõquirit: ut explanationẽ lectionis effugiat? Quõ
rũ iuẽtor intra nos esse ligna docebit et arbores? Si non temere obtrectes: iam nũc audies,
quia non potest arbor bona malum fructũ facere: neq; arbor mala fructũ bonũ
facere, Habemus ergo arbores intra nos: siue bonas siue malas. Et que bone sũt:
fructus malos non possunt afferre, Sicut que male sunt: fructus non afferent bo
nos. Vis tibi arborũ ipsarũ que intra nos sũt uocabula & appellatiões expediam?
Non est ficus / nec malus / nec uitis: sed una arbor iustitia appellatur / alia pruden
tia / alia fortitudo / alia temperantia nominatur. Et si uis: maiorũ adhuc arborum
multitudinẽ disce / quibus fortasse dignius putabitur cõsitus etiã paradisus dei.
Est eni ibi arbor pietatis / est & alia arbor sapiẽtie / est & alia disciplinẽ: est & alia
scientie boni & mali. Super omnia uero est arbor uite, Non tibi magis uidetur / q̃
Ioan, 15. pater celestis agricola huiusmodi arbores in anima tua excolat: & huiusmodi plã
Math. 7. taria in tua mente constituat? Sic ergo dicit saluator, Non potest arbor mala fru
ctus bonos facere: neq; arbor bona fructus malos, Hoc est quod docet, Arbor pu
dicitie bona est: nõ potest afferre fructus impudicitie, Arbor iustitie bona est: &
afferre fructus iniustitie non potest, Sic & econtrario si habeas male arboris radi
cem in tua mente plantatam: bonos reddere non potest fructus, Si enim sit in te
radix malitie: fructus non dabit bonos, Si sit intra cor tuum stultitia plantata:
nunq̃ proferet sapientie florem. si iniustitie / si iniquitatis arbor sit: nunq̃ huiusmo
di ligna gaudere de bonis fructibus possunt, Si ergo seruemus mandata dei /
suscepta pluuia uerbi dei de qua superius diximus: etiã arbores que in campis ani
me nostre & cordis nostri latitudine plantate sunt / letum & bone suauitatis affe
rent fructum. Vis autem tibi de scripturis ostendam / arbores uel ligna appella-
ri / has singulas quasq; uirtutes / quas superius memorauimus: adhibeo testem sa
Prouer. 3 pientissimum Salomonem / dicentem de sapientia, Lignum uite est (inquit) om-
nibus qui amplectũtur eam, Si ergo sapientia lignum uite est; sine dubio et aliud
lignum est prudentie / et aliud iustitie. Neq; enim consequenter diceretur de om
nibus uirtũtibus solam sapientiam meruisse: q̃ lignum uite dicatur, ceteras autẽ
›› uirtutes / nequaq̃ similis sortis suscepisse uocabula, Ligna ergo campi dabũt fru
›› ctus suos, Hoc credo de se sentiebat & beat⁹ Dauid: cum dicebat. Ego autem si-
Psal, 51 cut oliua fructifera in domo dei, Ex quo manifeste ostendit & sanctum hominẽ:
›› mystice oliuam dici. ¶ Cõprehendet (inquit) uobis trituratio uidemiam, Si semi
natũ est in anima semẽ bonũ / & suscepta a deo pluuia creuit et uenit ad spicã: ne
cessario cõsequet̃ et messis. Et si messis cõsequet̃ etiã trituratio / in qua frumẽta
purgẽtur, Eteni aĩa q̃ germinat / et ex uerbo dei et ex celesti pluuia rigata ger-
men p̃ducit ad messe: necesse est ut ipsa messis quã p̃fert purget̃ in area, id est
ut sens⁹ quos genuerit anima: in medium p̃ferat, & siue cũ ceteris doctorib⁹ / si-
ue etiã cum ipsis que sentit diuinis uoluminibus conferat, ut si quid in eis inane &

superfluũ/si quid palee simile fuerit aut aristis: plantate in se spiritu discretionis excutiat/ & purum frumentum quo solide queat nutrire conseruos & mẽsuram Luce.12.
tritici in tẽpore dispẽsare:retineat, ¶ Et cõsequetur (inquit) uobis trituratio uidemiã, quia panis (ut scriptura dicit) cõfirmat cor hoĩs: et uinũ letificat, Quecũq; de Psal.103.
cõtinetia/de obseruãtus & custodia mãdatorũ dicũtur: hec possũt uideri frumẽtum ex quo panis efficit/& auditorũ corda cõfirmat. Ea uero que ad cõsciẽtiã ptinẽt/& occultorũ explanatione mẽtes letificãt audiẽtiũ: uino ac uidemie uidebũtur aptanda, Cordi etenim letitia tribuit: cũ que occulta & obscura sũt explicãtur, Et uidemia inquit cõprehẽdet satione, Vt si dicam9: primo semino que legis sũt, & posteaq̃ seminatũ e: oraui ut daret dñs pluuiã in tpe/ & facta ẽ messis. Post hoc nõ maneo ociosus: sed iterũ semino, Accipio scripturã ꝓpheticã: & ex eo semino terras & noualia auditorum. Post hec semino & alia de euangelicis sermonibus. Diuersa sunt que seminantur, per totum annum possumus seminare: possum9 & ex apostolicis litteris multa semina iacere, Semper est quod seminetur in omni uita nostra: oĩ nullum tempus est. Quamdiu respiramus: seminemus, tantum est ut in spiritu seminemus: ut de spiritu metamus uitam eternã, ¶ Et man= Gala.6.
ducabitis inquit panem uestrum: in satietate, Nec hoc ego corporalis esse benedictionis accipio: qua si custodiat legem quis dei/ panẽ istum cõmunem in abundãtia cõsequatur. Quid enim? Nõne impii & scelesti panem nõ solum in abũdantia: sed & in deliciis comedunt? Magis ergo si respiciamus ad eum qui dixit,
Ego sum panis uiuus qui de celo descendi: & qui manducauerit hunc panem/ ui= Ioan.6.
uet ineternum, et aduertamus quia qui hec dicebat: uerbum erat quo anime pascuntur: intelligimus de quo pane dictum sit in benedictionibus a deo, et manducabitis panem uestrum in satietate, Similia his etiam Salomõ in prouerbiis ꝓnunciat de iusto dicens. Iustus manducans replebit animã suam: anime autẽ im= Prouer.3
piorum in egestate erunt. Hoc si secundũ litteram accipias/quia iustus mãducãs replet animam suam/anime uero impiorum in egestate erũt: falsum uidebitur, Magis enim anime impiorum cum auiditate cibum sumunt: & satietati student, Iusti autem interdum etiam esuriunt, Deniq; paulus Iustus erat & dicebat, Vsq; 1.Cori.4.
ad hanc horam & esurimus & sitimus: & nudi sumus & colaphis cedimur, Et iterum dicit, in fame & siti/in ieiuniis multis, Et quomodo dicit Salomon: quia iust9 2.Cori.11
manducãs satiat animam suam? Sed si intuearis quomodo iustus semper & sine intermissione manducet de pane uiuo & repleat animam suam/ ac satiet eam cibo celesti qui est uerbum dei et sapientia eius: inuenies quomodo ex benedictione dei manducet iustus panem suũ in satietate, ¶ Et habitabitis tuti super terrã uestram, Iniquus nunq̃ tutus est: sed semper mouetur & fluctuat/ et circunfert
omni uento doctrine in fallacia hominum ac deceptione erroris, Iustus uero qui Ephe.4.
legem dei custodit: tutus habitat super terram suam, Sensus enim eius firm9 est: dicentis ad deum, confirma me domine in uerbis tuis. Et confirmatus et tutus & Psal.118.
radicatus habitat supra terram: fundatus in fide: quia edificium eius non est super arenam positum: neq; radix eius super petram, Sed domus quidem eius fun Luce.16
data est supra solidã & firmã (que Christ9 est) petrã: planta uero ei9 radicata est

,, in profundo terre:hoc eſt in interioribus anime eius. Recte ergo ad huiuſcemo=
,, di animam dicitur in benedictionibus,& habitabitis tuti ſuper terram ueſtram:
et dabo pacem ſuper terram ueſtram,Quā pacem dat deus? Iſtam quam habet
Ioan,14, mundus:negat ſe dare Chriſtus,Dicit enim.meam pacem do uobis:meam pacē
relinquo uobis,Non ſicut hic mundus dat pacem:& ego do uobis.Negat ergo ſe
Math,10. pacem mundi dare diſcipulis ſuis:quia & alibi dicit, Quid putatis quia ueni pacē
mittere in terram? Nō ueni pacem mittere:ſed gladium, Vis ergo uidere: quam
pacem dat deus ſuper terram noſtram? Si terra noſtra ſit bona illa que affert fru
Marci,4, ctū centeſimum/aut ſexageſimum/aut triceſimū:illam pacem ſuſcipiet a deo/
Philip,4, de qua dicit apoſtolus.Pax autem dei que ſuperat omnem ſenſum:cuſtodiat cor
,, da ueſtra & ſenſus ueſtros,Hec eſt ergo:quam dat deus ſuper terrā noſtrā,¶ Et
Prouer.3 dormietis:& non erit qui uos exterreat.Et Salomon in prouerbiis dixit,Si eni ſe=
deris:ſine timore eris.& ſi dormieris:libenter ſomnum capies/& non timebis ter
rorem uenientem tibi:neq; impetus impiorum ſuperuenientes, Hec ille dixit de
iuſto & ſapiente uiro:& hec in benedictione dicuntur,Dormietis:& non erit qui
uos exterreat.Si enim iuſtus efficiar:nemo me exterrere poteſt,nihil timebo ali=
Pro,28. ud:niſi deum,Iuſtus enim(inquit) cōfidit ut leo:& ideo non timet leonem diabo=
lum/nec draconem ſathanam nec angelos eius.ſed dicit ſecūdum Dauid , Non
Pſal,90, timebo a timore nocturno & iaculo uolante per diem:& a negocio perambulāte
Pſal.26, in tenebris/a ruina & demonio meridiano,Addit et illud.dn̄s illuminatio mea &
ſalus mea:quem timebo? Dominus defenſor uite mee:a quo trepidabo? Et iterū,
Si conſiſtant aduerſum me caſtra:non timebit cor meum.Vides confidentiam &
uirtutē anime cuſtodientis mandata dei; & habētis fiduciam libertatis ingenite.
,, ¶ Poſt hec exterminabo(inquit) beſtias malas de terra ueſtra.Beſtie iſte corpo=
rales/non ſunt male neq; bone:ſed medium,quedam enim ſunt muta animalia,
Ephe,6, Sed ille beſtie male;ſunt ſpiritales/quas apoſtolus dicit: ſpiritales nequitias in ce=
Gene,3, leſtibus,Et illa eſt mala beſtia:de qua dicit ſcriptura.Serpens autem erat ſapien=
tior omnium beſtiarum que ſūt ſuper terram,Ipſa ergo eſt hec mala beſtia/ quā
promittit deus exterminaturum ſe de terra noſtra:ſi eius mādata ſeruemus, Vis
1,Petri,5. uidere et aliam beſtiam malam:aduerſarius(inquit) ueſter diabol9 ſicut leo rugi
ens circuit/querens quem deuoret:cui reſiſtite fortes in fide. Q; ſi adhuc plures
beſtias uis diſcere:docebit te Eſaias propheta,qui ſub uiſiōe quā intitulauit qua=
drupedum in deſerto:talia quedā prophetico ſpiritu de beſtiis loquitur,In tribu=
Eſa,30, latione inquit& anguſtia:leo & catulus leonis,Inde & nati aſpidum uolantiū,qui
portabant ſuper aſinos & camelos diuitias ſuas ad gentem que non proderit eis,
Nunquid ullo modo uideri poſſunt hec de corporalibus beſtiis dicta; etiā iis qui
ualde ſunt amici littere? Quomodo enim leo & catulus leonis uel aſpides uolan=
tes:poſſunt ſuper aſinos & camelos portare diuitias ſuas? Sed euidenter contra=
rias poteſtates demonum peſſimorum:propheta ſpiritu ſancto repletus enume=
rat,eoſq; collocare diuitias deceptionum ſuarum ſuper animas ſtolidas peruer=
ſaſq;(quas camelis & aſinis per figuram cōparat) deſignauit, Et his beſtiis ne tra
Pſal,73. deretur anima deum timēs:orabat dicens. Ne tradas beſtiis animā confitentem

" tibi. ¶ Et exterminabo inquit bestias malignas de terra uestra: & pugna nõ trãsi
" bit per terram uestram, Multe sunt pugne que transeunt per terram nostram: si legem dei non custodiamus / nec precepta eius seruemus, Sed eat unusquisq; ad animam suam / et ipse se interna recordatione discutiat: & uideat quomodo terra nostra id est caro nostra nũc spiritu fornicationis / nunc ire & furoris urget / nunc auaritie iaculis cõfoditur / nunc telis pulsatur inuidie / nunc spiculis libidinis terebratur. Et in quibuscunq; concupiscit caro aduersum spiritum & spirit⁹ aduersus carnem: internis preliis semper agitatur, Quid aute dico de cogitationũ pugnis / quas cordi nostro suggerit inimicus: ut nos exuat a fide Christi / & a spe uocationis nostre? Cum enim afflictiones tentationum & molestiarum seculi suscitauerit nobis / consequenter iam suggerit cogitationi: superfluum & ineptum esse / hec tolerare pro Christo. multo esse melius seculum: & sine perfectione uitã ducere. Hec sciens & apostolus Paulus dicebat, cogitationes destruentes: & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Christi, Qui ergo diuina precepta seruauerit & mãdata eius custodierit / et fecerit ea: hanc pugnã & hec bella non patitur, Sed deus aufert ea de terra ei⁹ / & non sinit ea transire per animam 2. Cori, 10
" iusti. ¶ Et persequemini inimicos uestros, Quos inimicos: nisi ipsum diabolum et angelos eius / & spiritus malignos & demonia immunda? Persequemur ea / nõ solum ut a nobis ipsis effugemus: sed & ab aliis quos infestant / si diuina precepta seruem⁹, Persequemini inquit inimicos uestros: & cadẽt in cõspectu uestro morte, Si conterat sathanam sub pedes nostros ueIociter deus: cadet inimicus in conspectu nostro morte. Ego arbitror: q; hoc modo in cõspectu nostro. Si enim mortificemus mẽbra nostra q̃ sunt super terram / fornicationẽ / & immunditiã: si hãc mortem inferamus membris nostris / illi cadent in conspectu nostro. Quomodo cadent in conspectu tuo? Si tu iustus sis: cecidit iniustitia in conspectu tuo. si cast⁹ Roma, 16 Colos, 3.
" sis: cecidit libido. si pius: impietas corruit ãte te, ¶ Et persequẽtur ex uobis quinq;
" centum. & centum ex uobis: persequentur multa milia. Qui sunt isti quinq;: qui possunt persequi centum? Quinq; numerus ponitur et in laudabilibus: ponitur et in culpabilib⁹. Quinq; sunt sapientes uirgines: & quinq; insipientes, Sic etiam centenarius numer⁹ ad utrãq; partem accipi potest, Si itaq; nos sumus ex quinq; sapientibus: persequemur insipientes centum, Si enim sapienter & probabiliter in uerbo dei pugnemus / si prudenter de lege domini disseram⁹: conuincemus & fugabimus infidelium multitudinem, Sicut enim quinq; numerus & sapiẽtes indicat & insipiẽtes: ita & centenus numer⁹ & fideles indicat & infideles, Nam sub centenario annorum numero: Abraham deo credidisse / & iustificat⁹ esse describitur. & peccator qui moritur centum annorum: maledictus erit. & hic centũ infideles a quinq; sapientibus fugantur, Et rursum centum fideles / non tam numero centum q̃ perfectione signati: multa milia infidelium persequentur, Fugãt eni fideles doctores / innumeros demones: ne animas prudẽtium antiqua fraude decipiãt, Math. 25 Gene. 18. Esaie, 65.
" ¶ Et cadẽt inquit inimici uestri in cõspectu uestro gladio. Qui sunt inimici: supra diximus, quo autem gladio dicantur cadere: requiramus, Apostolus Paulus nos docet: quis sit hic gladius quem dicit, Viuus est enim sermo dei et effi Hebre. 4.

cax/& penetrabilior omni gladio utraq; parte acuto: pertingẽs quoq; usq; ad cõ pagem anime ac spiritus/ membrorum quoq; & medullarum/ & est discretor co gitationum & intentionũ cordis, Hic est gladius: cuius acie cadent inimici uestri. Sermo namq; dei est qui prosternet omnes inimicos/& ponet eos sub pedibus su

Roma,3, is; ut subditus fiat omnis mundus deo. Vis adhuc de alia epistola Pauli discere/

Ephe,6, quia gladius sermo dei sit: audi eum quomodo arma preparat militibus Christi/ cum dicit, Et galeam salutaris accipite/ & gladium spirit⁹ quod est uerbum dei: per omnem orationem & obsecrationem. euidentissime etiam per hec pronunci ans: quia per uerbum dei qui est gladius utraq; parte acutus/cadet inimici nostri

» in conspectu nostro. ¶ Et respiciam super uos: & augebo uos, Plenum beatitudi nis est hoc ipsum: si quem respiciat deus, Vis uidere si respiciat dominus ad homi nem: quanta sit salus, Petrus aliquando pene perierat: & ex consecratione apo-

Luce,22, stolici numeri (diabolo per os ancille põtificis inspirante) fuerat ereptus. Sed ubi respexit ad eum Ihesus tantum/ ubi ad eum placidi uultus ora conuertit: statim reuersus in semetipsum & prolapsum de precipitio reuocans pedem/ fleuit (in- quit) amarissime, atq; ita respectus a deo: locũ suum flendo recepit/quem negã- do perdiderat. Respiciam ergo (inquit) super uos et augebo uos: tãq̃ si sol respici at segetem & afferat fructus, quam utiq; si non respexisset: infructuosa mansis- set. Ita deus segetem cordis nostri respiciens/& radiis nos uerbi sui illuminãs: au-

Gene,26 get nos & multiplicat, ut ultra iam nõ simus paruuli sed magni efficiamur: sicut

Exodi,11, magnus factus est Isaac/& magnus factus est Moses/& magn⁹ Ioãnes, ¶ Statuã

Luce,1, inquit testamentum meum uobiscum. Vide quante benedictiones promittant: si mandata seruem⁹. Statuam inquit testamentum meum uobiscum: & comede- tis uetera & uetera ueterum/& eiicietis uetera a cõspectu nouorum, Quomodo eiicimus uetera a conspectu nouorum? Veterem habuimus legem & prophetas, uetera autem ueterum: ea que ante legem fuerunt ab initio/cum mundus factus est, Venerunt euangelii bona/ uenerunt & apostoli: a cõspectu horum eiicimus uetera, Quomodo eiicimus legem? secundum litteram eiicimus: ut statuamus le gem secũdum spiritum, Possumus & hoc modo dicere, Anteq̃ ueniret homo de

1.Cori,15 celo & nasceretur homo celestis: eramus omnes terreni & portabamus imaginẽ terreni. Sed ubi uenit homo nouus qui secũdum deum creatus est: eiicimus a cõ-

Ephe.4. spectu eius uetera/deponentes nos ueterem hominem & induentes nouum: qui

2.Cori.4 secundum interiorem hominem renouatur de die in diem, ¶ Et ponã taberna-

» culum meum in uobis, Si hec habem⁹ in nobis que supra dicta sunt/ si abiecto ue- tere homine renouatũ est cor nostrũ: uenit ad nos de⁹/& habitat in nobis, qui di

» xit, Et ponam tabernaculum meũ in uobis: & nõ uos abominabitur anima mea,

» Non nos abominabitur anima dei: si obseruemus ea que scripta sunt. Verumta- men uelim requirere quid est anima dei. nunquid nam putam⁹: quia deus habet animam sicut homo? Absurdum est hoc sentire de deo. Ego autem audeo & di-

1.Cori,1, co: quia anima dei Christ⁹ est, Sicut enim uerbum dei est Christus et sapiẽtia dei: ita et anima dei est. et hoc modo dicit quia nõ uos abominabitur anima mea: id

» est filius meus, Sed ambulabo inter uos, Non michi uidetur q̃ hoc promittat de⁹:

quia in terra Iudeorum ambulatur9 sit, Sed quia si quis meruerit ita puri esse cor
dis ut dei capax sit: in eo se dicit ābulare de9. ¶ Et uos eritis michi populus / et ego
dominus deus uester: qui eduxi uos de terra Egypti cum essetis serui / et contriui
iugū uinculi uestri, Vere eduxit nos de domo seruitutis: serui eni eram9 peccati,
quia omnis qui peccat: seru9 est peccati, et contriuit iugum uinculi nostri: quod Ioan, 8,
imposuerat super ceruices nostras ille qui nos in captiuitatem duxerat / et pecca
torum uinculis colligauerat. Contriuit ergo peccati uincula / et iugum nostrē ca=
ptiuitatis excussit dominus noster Ihesus Christus: & suum nobis suaue iugum
fidei et charitatis et spei ac totius sanctitatis imposuit, Ipsi gloria in eterna secula
seculorum. A M E N

¶ DECIMISEXTI libri & ultimi / Cyrilli in Leuiticum: finis, Qui cum ceteris precedētibus Parisiis emissus est ex officina li=braria Vuolfgāgi Hopylii / in uico sancti Iacobi ad in=signe beati Georgii / apud sanctū Benedictū, Anno uerbi icarnati decimoquarto supra millesimum et quingentesimum / ui=cesima die Maii. Et eodem in loco hic liber cū nōnullis aliis eiusdem Cy=rilli operib9 ha=betur ue nalis,

¶ Index eorum que hoc in opere presertim annotanda sunt: secundum foliorū ordinem certa serie digesta

¶ Indicis eorum que in hoc libro pre ceteris annotanda sunt: finis,

¶ Errata nonnullis in locis huius libri commissa & recognita,

¶ Folio,2, pagina secunda, Si homo munus offeret deo, legendum, offerat,
Eodem loco, adactus est ob inopiam & famen, legendum, & famem
Folio,3. pagina prima, fortasse non sine causa fit, legendum, fit,
Folio.4, pagina secũda, cum corio & internis a stercore, legendum, & stercore,
Folio,5, pagina prima, Secundo in loco pirmitiarum, legendum, primitiarum,
Folio,7, pagina prima, Notum sit ergo ei peccatum suum, legendum, fit,
Folio,8, pagina prima, tu es sacerdos internum, legendum, in eternum,
Folio,9, pagina secunda, quia in nouissimis diebus, legendum, qua in.
Folio,10, pagina prima, que in usu sanctorum oblata sunt, legendũ, in usum,
Folio.11, pagina prima, que facit aliud centesimum, legendum, alia,
Folio,13, pagina prima, qui ergo alii uendent uel oleum, legendum, uendunt,
Folio.15, pagina prima, ex framentis in odorem suauitatis, legẽdũ, ex fragmẽtis
Folio.23, pagina prima. et dicit / hec lex holocaustorum. legendũ, hec est lex,
Eodem folio, pagina secũda. si forte possibile sit etiam sibi, legendum, etiã nobis,
Eodem loco, indui eisdem uestimentis & esse pontificem. legendum, pontifices.
Folio,24. pagina prima. et modo iterum cingiur, legendum, cingitur,
Folio,27. pagina secunda, illius cuius ipse erat figura, legendum, erat ueritas,
Folio,29, pagina prima, aut neomenie aut sabbato, legendum, sabbatorum,
Folio.32, pagina secunda, de quibus in lege scribit, legendum, scribitur,
Folio,35, pagina secunda. exiit ille qui potest exire, legendum, exit,
Folio,38. pagina secũda, abũdãtiore circundeit honestatẽ, legẽdũ, circundedit,
Fo.40, pagina prima, p totũ annumerat cũ populo, legẽdũ seiũctim, ãnũ erat,
Folio,42. pagina prima, iacula maligni ignita restringas. legendum restinguas.
Fo.43, pagina prima, aliquam incensi cõpositioris minuti. legẽdũ, cõpositionis.
Folio.48, pagina prima. hominem paruum fecit & exiguum. legendum, facit.
Fo,50, pagina prima, ut lex quidẽ anime ipsa moriat, legendũ. lex qdẽ uir aie.
Eodem loco, hec nubere Christo non potuit, legendum, non poterit,
Fo.51, pagina secunda, exponerem9 illum uasiculũ, legendum, uersiculum.
Fo.52, pagina prima, mundus est et ex similia confectus. legendum, ex simila.
Eodem folio. pagina secunda. ex duabus decimus simile mũde, legẽdũ, decimis.

¶ Siqua alia occurrant errata: facile deprehendi poterunt,


HORA SVMMIS:
IMA